sit affectio inter ꝓlatum ⁊ ecciam suam q̄s inter canonicam ⁊ canonicatū suū. ut nō. in. c. relatū el. ij. de testa. ⁊. xij. q. v. c. fi. et de penis. c. ij. Item video q̄ vbi aliq̄ cōmodū saltem in ꝓntiaz venit applicandū iudici. ñ ꝑt ēe iudicare icidēt in videdo an sua sit iurisdictio. ut nō. in. l. ō iure. ff. ad munici. facit q̄ nō. gl. i. c ad audientiā. de appel. ⁊ Jnno. in. c. venerabili. de cē si. et in ꝓal. c. ex pte. sed si est in cā ecclie cum ex ea vi uat et habeat liberā facultatē disponēdi ergo ⁊c. ⁊ hec vera inquantū iudicat seu ꝓcedit iudicialiter cognoscendo. Si vero ꝓcedat extraiudicialiter ad defensiōz iurīū ꝓprie ecclie vel suoz. tunc pōt fulminare sniam censure vt notat Jnno. in ꝓalle. c. venerabili. de censi. facit. c. dilecto. de sen. ex. li. vi. et sic pōt intelligi. c. venerabilibus. §. similiter. de sen. ex. li. vi. vel q̄ iniuria erat notoria. ꝑ hoc consuluit lapus. alle. xxxix. q̄ plebanus hīs eccias subiectas pōt excōicare rectores illa rum ecciaz non soluentiū canonē antiquitus debitum. quia illud erat debitum ecclesie. et sic consequenter capituli. ⁊ sic non erat iudex in causa propria et maxime q̄n eccia supior habet ꝑalem iurisdictionē vel quasi. q̄ tales reddituus subrogant in locum q̄rte debite de iure cōi. Et forte loquit de quarta. ō qua. ꝓ q. iij. vnio. in tex. et glo. que hodie an sit debita. dico plene in. c. requisisti. de testa. et sic sup tali debito vt notorio pōt sententiare. q̄ potius est ibi executor q̄s iudex ut. s. dixi. et maxime q̄n facit ad defensionē iuris sui. Et nō ex hoc q̄ aptissime sentit q̄ q̄n delictū ꝓlati est notorium pōt ꝓcedere in facto ꝓprio etiam fulminādo censurā. Idem ꝑ omnia dic ut iudex possit ꝓcedere q̄n impeditur sua iurisdictio. ut in. c. i. de penis. li. vi. et in. c. i. de of. dele. quod etiā ꝓcedit i iudice delegato. ut nō. in ꝓalle. c. i. ꝑ Jnn. ⁊ notat idez Jnno. in. c. dilectus. j. ō penis. secus dic si delegati iurisdictio non impeditur. sed iniuria sibi infert. q̄ etiaz si sit notoria ad punitionē ꝓcedere non pōt lz secus sit in ordinario. ut nō. Jnno. in ꝓal. c. dilectus. ⁊ colledi. et dic ut plenius de delegato nō. in ꝓalle. c. i. ⁊ c. dilectus. ꝑ predicta glo. dicit in. c. si quis ab epō. ij q. vij. q̄ si quis dicit epō tu es filius rustici non potest de hoc epō cognoscere. quare ē iniuria ꝑsonal. ꝑ si dicat tu es symoniacus q̄ hec iniuria tāgit eccias potest de hoc cognoscere. sed ego non video rationem ꝓcludētē quare in secō casu dicatur iniuriā potius tāgere ꝓpriam dignitatem q̄s in primo. vnō in hoc dico aniaduertendū q̄ tanta est ꝓiunctio inter ꝓlatuz et ecciam suam q̄ omnis iniuria illata persone tangit in ꝓsequentiā ecciam ⁊ econtra. vt dicit gl. nō. in. c. solomitane. lxiij. di. vnde si volumus scire an ꝓlatus possit esse iudex debemus ꝓsiderare id quod est ꝓncipale. si enī intendit quis principaliter inferre iniuriaz ꝑsone. tunc iniuria est personalis licet tangat in ꝓntiaz ecciam. Si vero intendit inferre iniuriam dignitati ut q̄ ꝓncipaliter non habuit respectum ad ꝑsonam. et tunc est realis. nam iniuria ꝙgnoscitur ⁊ distinguit ex voluntate inferētis. ut in. c. cum voluntate. de sen. ex. et. ff. de iniur. l. qui in iure. et ideo dico q̄ si dicendo tu es symoniacus intendebat iniuriā inferre ꝑsone et non poterit de hoc cognoscere. facit ad ꝓdicta quod nō. gio. in. c. de cetero. de homi. que dicat regulariter i spiritualibus cām ꝓpinquā ⁊ non remotā. Ex q̄ro an teneat snia lata contra ꝓdicta. dic ut sentit Jnn. in ꝓal. c. ex parte. vbi iudex esse non pōt. quia esset iudex in causa sua. non valet snia ut. l. ne quis in causa sua. quod intellige etiā si aduersarius ꝑsentiret. ñ enī pōt istum facere iudicem in cā ꝓpria. q̄nimmo etiam nec tanquā in arbitrum ꝑsentire. ut. l. pen. ff. de arbi. secus si vellet sibi dare potestatē tanquā arbitratori. et sicut ꝓcederet extraiudicialiter. q̄ tunc posset. ut i. c. veniens. et in. c. q̄ntam allis. de iureiu. et quod in eis nō. Et ideo credo q̄ supior pōt punire iniuriaz ꝓpriam etiam occultam q̄n ꝓcedit extraiudicialiter ꝑ viam correctionis et impositōis cuiusdam pene vl̄ penitentie. et sic pōt intelligi glo. bar. bxix. i. c. ⁊ q̄ omnes dat dat. xlv. di. que dicit ꝓlatum posse iniuriā ꝓpriā punire q̄n hoc non facit animo vlciscendi ꝑ corrigēdi et facit quod ibi nōt archi. et maxime ꝺ ꝓcedit in religiosis in quibus procedit correctio sine strepitu iudicij. ut de ap. ad nostrā. et. c. irrēhensibilis. et ō sta. re. ea que. In casibus vero in quibus dixi quē posse iudicem esse licet possit recusari. tenebit snia nisi recusetur. q̄ vere iudex est et iurisdictōz habet lz dubitabile ꝑ exceptōz antequā elidatur iurisdictio tenent gesta. ut nō. in. c. ceterum. de rescrip. et in. c. postremo. ō appel. et in. c. inter mōasterium. de re iudi. et i. c. ad hec ⁊. c. ꝓposuit. de ap. facit quod dicā in. c. cum ꝓtingat de. fo. compe. vbi etiā tangā an iudex seu ꝓlat' possit saltē punire iniuriā illatam suis seu familie sue. vel in eorum cā saltem cimili ius dicere.

Quit ille Quilibet laicus rōne peccati ⁊ maxime ꝓiurij vl̄ pacis fracte corā iudice ecclastico conuenitur. ita cōiter summatur. Ego vero summo sic. Judex ecclesiasticus pōt ꝑ viam denunciatōis euāgelice seu iudicialis ꝓcedere ꝓtra quemlibz peccatorē etiā laicuz maxime ratione periurij vel pacis fracte. Et diuidit i tres partes principales. In prima excusat se papa dicens q̄ non intendit iudicare de feudo sed de peccato. In secunda ibi. non igitur. ostendit q̄ rex nō debet processum suum ad iniuriam reuocare. Et hoc ꝓbat diuersis exemplis et testimonijs scripturarum. In tercia ibi. ne ergo. ꝓcludit q̄ ipe papa ꝺ dissimulare nō dz ⁊ ꝓcludit sub triplici forma. Nō ex ꝓncipio deū nil ignrare. ē enī secretoz ꝙgnitor. xxxij. di. erubescāt. ⁊ dz scies oia. ō elec. fūdamēta. §. pinde. li. vi. q̄ hōi ē impossibile. vnde marcus varro narrat omnia noscere est impossibile pauca non laudabile. Ex qb⁹ dic q̄ ēe dēmones nesciūt occultas cogitatōes

hoim licet aliqñ p aliqua signa extrinseca scīāt predi
cere.xxvi.q.iij.c.quodā loco.t nō.glo.in.c.sciendū
ca.cī.et.q.nec etiā veraciter scīūt pdicere futura.qñ
qz tñ pdicunt quatuor de causis.de quibus p tex. et
glo.nō.in palle.c.sciendū.solius eīn dei est futura ve
raciter pscire.xxvi.q.v.§.i.t omnino secreta pscruta
ri.ut in palle.c.erubescat.t.vi.q.i.si omnia. Nō.
q iurisdictio ecclastica t secularis debent se adinuicē
adiuuare non autē ptendere vel adinuicem pturbare.
xcvi.di.si impator.t.c.duo.xxiij.q.v. pncps .ca.c.
administratores.et j.qui fi.sint le.cām.t qō notat Jn
no.in.c.licet ex suscepto j.ti.x.vbi nōbiliter dicit q
si subditi impatoris sint rebelles t inobedientes ipi
pncipi oz papa eum iuuare t domare rebellionē sub
ditoz.ar.i.c.cum ad verū.xcvi.di. Et ex hoc t ex
tex.nō.q licet iurisdictio tpalis sit penes papā in ha
bitu at j.dicā.nō tñ pt inferiores puare sua iurisdictōe
sine cā.qz exercitiū h' iurisdictōis ē ,prius sibi interdi
ctuz vt j.dicā. Nō quinqz regsita in denūciatione
euangelica.pmū ut frater tuus peccet in te.t oz frat
quilibet cristianus.xi.q.iij.ad mensam.t de multipli
ci fraternitate nō.in.c.Jobānes.de regu.t p Jo.an.
Et dicunt cristiani fratres.qz vnū recognoscāt patrez
scz p sacramentū baptismatis.ut nō.in pal.c.ad mē
sam.t dixi plene i.c.cām.s.eo.t ex hac expositōe cēs
cōiter facīūt doc.ut capiat frater ,p cristiano.infert q i
fidelis denunciare non possit.f credo posse attēptari
vt etiā ipe denuncietur si peccat ptra legē nature vl cō
tra legem eoz in moralibus.nā in istis casibus papa
habz iurisdictōz in eos.ut nō.Jnno.in.c.qō sup his.
de vo. Et ipi dicunt ,primi nñ quos debemus di
ligere t lucrifacere quantū possumus rōne būanitati.
cum sint nostre nature pticipes.vñ appellatōe ,primi
veniūt iudei t sarraceni et alij infideles.vide tex.cum
glo.de pe.di.ij.c.primos.t quanqz pene b ptente ñ
cadāt directe in eos.pñt tñ cōpelli indirecte.ut in .c.
post miserabilē.de vsu.t.c.quāto.eo.ti.in fi.t sic non
obstat.c.gaudemus.de diuoz.oz peccare in te scēm
doc.i.te vel scīente.vl.i. in dānatōz tuā.si b celaueris
si non monueris si monitōe nō ,pficiente eccie nō de
nunciaueris.vel qz offendit vel ledit te ut litera innit
in se. Scdm regsitū est q fiat q̄dam secreta moni
tio in qua oz oñdere peccatū sinū monendo t obsecrā
do q desistat t peniteat.t qz in hac non adhibetur te
stis poterit ,pbari p iuramentū solius denūciationis
fm doc.qñqz tñ pōt fieri denūciatio sine admonitōe
vt j.subjcia. Tercio requritur q si non adimplet t
desistit adhibeat vnus vel duo testes corā quib' fiat
scda monitio.et ista poterit ,pbari p illum testē et iu
ramentū denunciantis.ut in.c.in omni j.de testi.agit
eīn de modico pindicio. Quarto exigit q postea
fiat denunciatio eccie.i.plato suo.ut b in y.q si.
Quinto q coram.prelato probet iste denunciās pec
catū istius t se obseruasse formā in denunciādo. ex q
infertur q vbi ad substantiā alicuius act' exigit certa
forma fundās se sup illo actu ,pbare oz formā pcessus
se.ad b.c.i.de re.ec.non alie.li.vi. Nō q excōica
tus oz haberi sicut gentilis t infidelis. dictio tñ sicut
posita i tex.ñ' ōnotat oīmodā silitudinē fm doc.t bñ
qz cum gentili licz loqui f non cū excōicato.ut in.c.
ab excōicato iuncto.c.ad mensam.xi.q.iij.t ibi vide
rōnis diuersitatē.vnde in b sunt deteriozis pditionis
excōicati qz gentiles sed in hoc sunt siles qz vterqz est
segatus a sacīētis eccie.Et qz vterqz viōz esse mēbrā
dyaboli.xi.q.iij.audi deniqz. Nota ex tex.singla
riter iuncto tex.c.p venerabilē.qui fi.sint le.q pnu
ceps secularis etiā superiorem nō recognoscēs nō pōt
directa via pueniri corā papa.b eīn papa excusat se id
facere rōne peccati t p viā denunciatōis.t tñ rex fran
cie nō recognoscāt superiorē in tpalibus.ut in palle.c.p
venerabilem.limita b ut dicam j.sup glo.in v.iudica
re.licet Jnn.b dicat q de iure subest pape.f iste tex.
facit in oppo.inquantū dicit q potuit se subjcere.qz
tē facit qō nō.bar.in.l.vna.C.ne qs in sua cā t dixi
.s.c.pz.q non recognoscens superiorem pōt ee iudex
in cā sua ,pria.t sic non subjcitur pape. Cessat enim
rō litere si non arguitur eius peccatū.nec ob.c. licet
ex suscepto j.ti.prox.vbi in defectu imperij succedit
papa.qz oz intelligi quo ad illos in qbus impator
habebat iurisdictionē.qz subrogatus non oz plus ha
bere qz ille in cuius locum subrogat.de sup.negli.p
la.i de.vna.t de do.diuoz.re.c.nup.t in regula is q
in ius.de re.iu.facit qō notat glo.in.c.qñ.x. di.vbi
nō q de impatore non appellatur ad papā.Nō q p
ptrariā pscuetudinē seu pīlegium detrahit iurisdictiōi
dñoz feudoz.ut non ipi domini cognoscant.sed isti
ad quos pscuetudo vel pīlegium iurisdictionem defert
Et vide q notat in sili Bal.in.c.si quis per triginta.
si de seu.su.ptro.col.x.vbi tangit an vasallus possit p
scribere ptra dñm ut non teneatur ad seruitia.t cōclu
dit q sic.t vide qō dicam in.c.ad audientiā.de pre
scrip. Nota in v.non igitur.q impator ē subiect'
in spiritualibus nedum pape sed etiā ep̄o loci.ad hoc
.c.duo sunt.xcvi.di.t vide qō notatur in.c.omnes.
de maio.et obe.et in.c.omnes.de pe.et re.Ex quib'
dic q etiam suo pīsbitero parrochiali subiectus est.et
ex his deprehenditur et cognoscitur excellentia dig
nitatis eccliastice t sacerdotalis ad regalē t secularem
cū nullus clericus quantūcūqz minimus sit etiā sub
iectus impatori.ut.s.e.cum nō ab homie.vnde dicit
glo.in palle.c. duo sunt.q nulla dignitas secularis
similis est sacerdotio. Nota q descendens de de
scendēt' alicuius oz descendisse de eius genere.
Nō q cū procedit ad correctōz peccati ñ ē fēda distin
ctio inter magnū t paruū. An mō tñ cohercēdi t pu
niēdi t i generib' penaz bñ fit dña.ut nō.in.c.q ptra

pacem. xxiij. q. i. vbi ē bonus tex. cum glo. facit. c. sa
ne. de of. dele. et in. c. iij. e. ti. li. vi. Nō quid est pax
ē. n. vinculū caritatis et ut pax habeat debz geri bellū
xxiij. q. i. nulli existimare. Caritas autē est dilectio dei
et pximi. z cum caritas sit spūalis virtus qua salua-
mur. de pe. di. ij. caritas. Ideo circa pacē z iuramētū
spālium cognoscit eccia sm hosti. Nota q cum ō
pace fracta pstat seu dubitat cuius culpa pcesserat vio
latio pōt cognoscere papa. z dz rōne peccati cōpelle-
re ad pacem reformandā seu ad treugas ineundas.

Ad hoc an sit licitū inferioribus ptātibus. dic q
sic respectu subditoz. de quo p bar. in. l. pgruit. ff. de
offi. pli. et. l. ambitiosam. ff. de decre. ab. oz. fa. dixit
plene sup xtica. de trau. et pa. Et vide tex. nō. innota
gl. q ēpl pōt etiā cōpellere ad pcordiā. xc. di. placuit
Nō singulariť ex v̄. postremo. q treuga ad tēpus
facta pōt appellari pax. nam tex. iste dicit q rex frācie
non seruauit pacis federa vsq ad pfixum terminū. et
sic cum fuerit ita positū tēpus non pōt intelligi nisi ō
treuga. qō tenz Jo. an. in addi. spe. de trau. et pa. p'
pn. vbi inducit ō ad. q. antiqtus disputatā. Quidaz
bōs guerrā cum alio dño, pmisit cuidā nobili dare sti
pendiū p centū eqtibus ad adiuuandum eum donec
guerra esset finita. demū ille, pmissor fecit treugā cuz
inimico suo ad annū et vltra donec reuocabile. queriť
an teneať pmissor interim ad stipendiū. et vidz cōdu
dere q non etiā si fuisset dictū donec pax fieret. et ibi
vide latius. Nō vltimo ordinē pcedendi in denū
ciatione iudiciali. qz de plano tē. et dicā. j. latius.

Prima glo. ponit casum. et dic melius implēdo
put colligitur ex fi. līe. q papa post denūciatiōz sibi
factam p regem anglie scripsit regi francoz ut dēret
seruare compositōz. ipe vero rescripsit quandā excusa
tionem assumendo quā tñ non probauit. vnde papa
commisit epo eboracen. z cuidam abbati ut tam q̄ri-
moniā regis anglie q̄s excusationē regis francie audi
rent. corā quibus rex francoz nunq̄z voluit compare
re. vnde non fuit passus q isti cognoscerent. quappē
papa scripsit legato qui erat in partibus. ut habeť in
v̄. ne igitur. ut si rex francie non faceret ut ibi dz. dēret
totam terram regis subiicere interdicto. Et qz papa ti
muit ne plati et ppli scandalizarenť et, puocarenť ex
hoc mandato quasi papa vellet faneri regi anglie. et
violare iurisdictionē regis francie. et q etiā, ppter hoc ñ
seruarent interdictū ferendū p legatum papa scripsit
platis per franciā pstitutis vt in littera habetur. Itē
ut pz in antiqua mandauit platis ut sniaz quā ferri cō
tigerit seruent alis cōminabatur q istos puniret de in
obedientia. z ex his habes dare casum. Querit
glo. ij. nunquid penes papā sit vteq gladius an vo
habeat ptātem tm̄ in spūalibus. pmo allegat q tm̄ i
spūalibus. et ad hoc adducit plura Secō pcludit
in effectu q habet iurisdictōz in spūalibus habitu z ac
tu. z in tempalibus habet habitu sed executōz pmisit
eccia imperatoribus z pncipib' seculi. z remittit ad nō.
in. c. cūm. ij. qui fi. sint le. Jo. an. inducit aliqua q̄ ten
dunt solum ad pbandū q executio gladij tpalis est
interdicta pape z cuilibet ecciastico. q̄. j. adducā. sed p
mo subnectā ad confirmatōz gl. q̄ ponit h' Jo. de lig. ad
probandū q papa habet iurisdictōz tpalem habitu.
qz in hñtibus ordinē in vniuerso impossibile est esse
duo eque pfecta. sed imperator non ē maioz. ergo non
erit equalis. Itē multitudo pncipatuū mala est. Itē
qz imperator est dñs tpalium. papa spūalium. z tem-
poralia ordinant in finē spūalium. i. q. iij. si qs ob
iecerit. sicut ergo alia dñatur corpi sic papa imperatori.
Item pncipatus pape est infulus a deo. xxi. di. in no
uo. pncipatus tpalis ab homine. xcij. di. legimus. q̄
pncipatus dei dz ēē pncipatui homis. Itē petrus
vt dei vicarius habuit oimodā ptātem. sic et alij suc-
cessores in vicariatu. Item pncipatus optimus ē vbi
vnus pncipat. ij. politico. vnus ergo pnceps in orbe
Item qz sic est in regimine celesti. z q executio sit iné
dicta inducit Jo. an. illud Jo. xviij. Cōuerte gladiuz
tuum in vaginā. z illud bernardi ad eugeniū. aggrede
re subditos. s. verbo sed nō ferro q̄d vsurpare gladiuz
temptas quē semel visus es mittere in vaginā z pma
ad thimotheū. iij. c. q̄m oportz non esse pcussorem.
Itē minister noui testamenti ē mister mansuetudinis
z sacramenti vnitatis. sacramentū vo altaris rēpsen-
tat vnionē xpi et eccie quā significat vnio aie ad cor-
pus. qz sicut aia viuificat corpus. sic xps p hmōi sac̄
mentū viuificat eccīam. z ideo executio gladij mate-
rialis qui diuidit aiam a corpe penes ministrum sacra
menti vnitatis esse non dz. vñ dicit ber. in loco pal-
gladiū materialē habz papa nutu. imperator vero iussu
miles vsu vel manu. z hoc etiā innuit extrauagās bo
nifacij vnā sanctā. sed ego addo glo. nō. i cle. ad nrm
de here. in v̄bo. eccie q̄ elegant, pbat hanc pclusionē
q papa sit summus z omnes sunt ei subiecti. vidz etiā
glo. in pal. c. cūm. z p Jnno. in. c. licet ex suscepto. j.
ti. pr. p hosti. in palle. c. p venerabilem. z in summa.
qui fi. sint le. §. qualiter et a quo. Et ut habeas ali
qua pncipia i hac materia scias q duplex est ptās.
vna spūalis que est penes summū pontificē. alia tem
poralis que est penes regem seculi. ut in. c. solite. de
ma. z obe. Spiritualis autem p̄or est tempali i trib'
ut dicit hosti. in loco palle. in dignitate seu maioritā-
te. Itē in institutōe. Itē in auctoritate seu ptāte. Est
enī p̄or in maioritate. sicut spūs ē maior corpore. et ē
p̄or in institutione. vnde sacerdotium melchisedech
precessit. l. scriptam. de quo in. c. translato. de cōsti.
Item per sacerdotem deo iubente fuit ordinata rega
lis potestas. i. regum. c. viij. in fi. ibi. dixit dñs ad sa-
muelē. cōstitue super eum regem. Est p̄or potestate et
auctoritate. quia spūalis potestas instituit et iudicat

tpalia.de elec.venerabilē.xv.q.vi.alius. Itē ꝓz hec maioritas rōne subiecti quāto gs melioribus ꝑsit tā to maior est.ut in auc̄.de defen.ciui.§.nos igit̄. f ani ma cui papa ꝑsit.ꝑferenda ē oīb⁹ rebus būanis q̄bus impator ꝑsit.xij.q.i.papinus.ergo papa ꝑ est impatori. Item b ꝓbat ex vi fidei.sicut em ponere duo p̄incipia est hereticū.ut de sum.tri.t fi.ca.c.i t.ij.sic et ponere duos vicarios equales in terris est hereticū.facit glo.nō.in.c.non ent̄.vij.q.i. Sit enīz eccia militās diuinitus exemplata ad eccīa triūphāte dicente. Io.in apo.c.xij. in p̄n. Et vidi hierusalē sanctā nouā descendentē de celo t̄. Et moysi dictum est exodi.xxv.q̄ omnia faceret fm exemplū sibi mōstratū. Cum igit̄ in eccia triumphāte sit vnus p̄nceps sūmus.cuius obedientie tota ipa eccia ꝓfectissime ē subiecta.scz deus necessario sequit̄ q̄ etiā eccie militanti vnus summus p̄nceps ꝑsideat.impator ille ec̄ nō ꝓt cū ñ valeat ꝑesse in spūalibus.ergo ē papa q t tpalibus ꝑesse pōt et non p alios mistros seculi vindicatz sanguinis exercere.nā t sacerdotes exercuerūt et habuerūt vtrāq; ptātē.xi.q.i.relatū.t nō.Inn.in pall. c.licz ex suscepto. Item ipe xp̄s vtrāq; ptātem i hoc seculo exercuit qñ voluit vnō flagello facto ō funiculo eiecit vendētes t emētes ō templo.cathedras vēdentium columbas euertit t mensas nūmulariorz effundens.ut habet matthei.xxi.t marci.xi.c.t.i. q.iij. c. ex multis.vnde in psalmo.deus iudiciū tuū regi da. tē. Et hāc ptātē simplr transtulit i petrū dicēdo. pasce oues meas.non distinguens in mō pascendi. imo cum petrus diceret.ecce duo gladij.ꝺ xp̄s nōdit.satis ē non dixit nimis est. Item cum vellet vti gladio xp̄s ꝓhibuit dicens. mitte gladiū tuū in vaginā.non dixit abijce gladium.vnde tm ꝓhibuit executōz rōne sup dicta.omnia em̄ ista ponderāda sunt.cum xp̄s fere sp loq̄retur figuratiue.nec ob.si dicat q̄ imperium et sacerdotiū ꝓfluxerunt ex eodem p̄ncipio scz a deo.in auc̄.quō oportet epi.in p̄n.t in.c.solite. de ma.t obe. fecit deus duo magna luminaria t̄.ut ibi. Et alibi ca non dicit cum ad verum ventū t vltra sibi nec ipator iura pontificatus arripiet. nec pōtifex iura impatoris vsurpet.qm̄ idem mediator dei et hoim homo xp̄us hiesus actibus ꝓp̄ijs et dignitatibus distinctis officia ptātis vtriusq; discernit t̄.xcvi.di.q; fatendū est q̄ impium sicut sacerdotiū,pcessit a deo.t nedū summū impium.imo q̄libz inferior ptās ōr a deo.vnō in passione xp̄s ait ad pilatū.non hāres in me ptātem vllā nisi ēt data tibi desup.f hec ptās nō desinat in p̄ncipem secularē imediate a deo.f ꝑ debitā t subalternatā emanatiōz a vicario hiesu xp̄i.apud quem sunt iura celestis et terreni imperij.dicit tex.xxij.di.oēs lib⁹ inc est q̄ impium transfertur de certo genere plonarum ad aliud genus.ut in.c.venerabilem.ō elec.imperatorem iungit approbat confirmat reprobat et deponit causis exigentibus t ab eo iuramentū fidelitatis recipit.ut in.c.venerabilem.et in.c.ad apostolice. de re iudi.li.vi.et in de.ne romani.de iureiur. et fm hoc intelligi ꝺz apostolus ad romanos.xiij.non est ptās nisi a deo. Et subdit.que aūt sunt a deo ordiata sunt vel pōt ñderi ad p̄missum ptrariū et aliter. q̄ qualit̄ ꝓsideratur ptās tempalis respectu exercitij est ex dei voluntate penes secularē.f isti exercentes istos duos gladios hāt se adinuicē ut minor et maior. et sic vn⁹ sit supmus et in eccia militāti sicut in triūphanti. nec b ob.q̄ xp̄s tributū soluit.et q̄ sunt cesaris.cesari mādauit donari.qm̄ ipe soluit ut vitaret scandalum.matthei xvij.c.et.xxvij.q.i.iam nūc. Item soluit tributum inquantū homo et ut daret alijs exemplū soluēdi.xi.di.si tributū.et.c. magnū.sicut et legem spūaliter in oīb⁹ obseruauit.lz sibi non incūberet necessitas.nec sup̄ dixit reddite omnia cesari q̄ sunt cesaris.nam dictio que restringit.ut nō.in.l.i. C.ō sum. tri.t fi.ca.et in.c.fi.de cle.non resi. Iussit ergo reddi non oia sed que sunt sua. Ex quibus oībus et multis alijs q̄ pōt adduci.q̄ brevitatis cā obmitto. satis cōcludit q̄ papa sit maior impatore.et q̄ penes ip̄z papam sit supma ptās lz non hāt exercitiū gladij tempalis. Sed diceres ad qd valet ista maioritas et p̄rogatiua cum non valeat papa pturbare illā in p̄dictō nē tempalis p̄ncipis nec mīmere nec exercere p se.ut i c.si impator.et i.c.cum ad verū.xcvi.di.et hic. et in c.cūm.qui fi.sint le.et ipe deus exercitiū interdicit ut .s.dictū ē ñdetur q̄ valet ad multa. Et p̄mo ut ipm impatorē alterquā inferiorē destituat exigentib⁹ causis sicut et pluries legit̄ factum.nā eum approbet et cōfirmet.ut in.c.palle.ꝑ venerabilē. Item in oībus arduis negocijs et maximis difficultatibus generātibus scandalā in xp̄ianitate papa pōt hmōi maioritatis ratione se intromittere etiam inter laicos.t exercere istā potestatem sibi a deo attributā.et optime patet in.c. pro humani.de homi.li.vi.et in de.pastoralis.de re iudi.xv.q.v.alius.et in p̄alle.c.venerabilem.de elec. sicut enim ipe christus qui non erat solitus hanc potestatē exercere ipaz tamē exercuit i arduo facto et concernente decorē cultus diuini vt qñ flagello facto de funiculis t̄.ita et ipse papa licet regulariter exercere non debeat.attamen instantibus negocijs arduis b potest.ar.op.in simili in.l.si hominem.ff.man. et eorum que notat Inno.in.c.quod super his. de vo.et vbi ista negociorum necessitas non contingit habent locum inra generaliter loquentia q̄ papa debet presse spiritualibus.imperator temporalibus. et hec sufficiant quo ad hunc passum.et vide barto.ff. de requiren. reis.in.l.i. vbi dicit damnantem fuisse post mortem de heresi quasi damnatum.quia in quadaz sua disputatione tenuit quam postea in quodam suo libro quem fecit super monarchia imperium.

non descendere ab eccia. nam ut ipe bar. dicit ecclesia pulcerrimis rōnibus teng ptrarium. et vide in extra / uaganti bonifacij vnam sanctam. z sic limita et intelli ge bar. in l. hostes. ff. ō capti. et postli. reuer. Hl. in v. ethnic' allegat concor. sed non declarat vōbulū Jdeo q̄ro qd vult seu quid importat hoc vbum dicit Jo an. ut fertur q ethna sit mons in arabia. fm aliosʒ in cicilia. ut dicit seneca in epla. v. in prin. de quo ex it riuul' sulfurus. z ptinuo viget ignis. z sic isti erūt in igne cōtinuo. vel fm hug. dr ethnicus ab ethnos qd est gentilis. tales ergo merito sunt vitandi. et ꝓbatur hec expositio. i. q. i. nonne. vbi tex. exponit ethnici. i. gentiles. z dicunt gentiles infideles. quia tales sunt q̄les sunt geniti. qz. non sunt regenerati baptismate. et dic q quelibet expositio est bona. tñ puto q ꝓprie dicatur ethnicus ab isto monte ethna qui in veritate est in cicilia et distat a ciuitate mea fere ꝑ. xiij. mili aria. s. a ciuitate catbanie. et iste mons est valde fructi ferus. z habet os latissimū et ꝓfundissimuʒ. ita ut ter minus eius et solus eius nullo mō videri possit. z ex istius ore a tempore beate agathe vsqʒ ad hodiernū diem bis exiuit seu processit ingens ignis et multa mala fere incredibilia fecit p loca in quibus habuit transitum z longe deteriora fecisset si non forent meri ta beate agathe cum eius reliquijs z velo deuotissi / me ꝓplus habuit obuiā. vnde fertur ab aligb' maxie ex narrati i vita patrum q ibi sit os inferni. quod sati potest teneri tenendo q infernus sit sub terra. de quo vide tex. cum glo. xxiij. q. iij. c. hec autez vita. in ꝓn. vnde appellatur excōmunicatus ethnicus quasi dam natus. quia nisi resipiscat ppetuo erit in inferno. vnō z omnes gētiles et infideles possunt dici ethnici isto respectu. et sic potest intelligi. c. none. i. q. i. publican' autem dicitur quasi publice peccās. fm Jo. an. Et dicit q olim omnes existentes contra legem indeorū appellabantur publicani quasi peccatores. vnde i euā gelio. quare cum peccatoribus z publicanis mandu cat z bibit magister vester zc. vnde excōicati pñt dici publicani zc. quia publice exist̄ūt in peccato. Hl. in v. peccat q̄rit. dr in tex. q rex anglie erat patus ꝓ bare q rex francie peccabat in ipm quomō peccabat in eum. Rñdet eum offendendo seu ledendo. dicit tñ q aliter accipitur vbum peccare in. c. si peccauerit. ij q. i. quasi velit dicere glosa q in. c. si peccauerit illud vbum si peccauerit in te. zc. exponit. i. te sciente. sed b iste peccat in eum. i. in eius lesionē. sed dic ut dixi i notabilibus q ista auctoritas pt intelligi vtroqʒ mō. qō satis ꝓbatur b Hl. in v. iudicare. op. ptra tex. dicit eñ papa q nō intēdit iudicare de feudo et tñ in effectu iudicat dū compellit ad satisfactōʒ. glo. rñdet q nō iudicat directe de feudo. sed indirecte. sic ratōe peccati inducēdo ad pniam. qz aliter penitere nō pt nisi satisfaciat. dicit hosti. q ꝓcessus pape pt excu / sari duplicāter. ꝑmo ꝓgnoscēdo quo ad verā naturam feudi z de ipo feudo. ut qz rex francie non debet eē in dec in cā ꝓpria. z sic nō poterat ipe cognoscere. nec pares curie debant ꝓgnoscere. qz merito erāt suspecti regi anglie. vnde licet rex francie b vellet ut ꝓgnosce / ret ꝑ suaʒ curiam exquo tñ erat merito suspecta regi anglie. non debebat hoc fieri. Jdeo ꝓpter defectum indicis potuit adiri papa. vt in auē. ut dixit iudi. §. si vero ptingit. col. i. Nota ex hoc dicto q hñs cāʒ ptra non recognoscētē supiorē potest directe istū con / uenire corā papa qui rōne istius generat' z supme po testatis quā habz utrūs. dixi poterit de b ꝓgnoscere. qō vidr satis rōnabile. Et hoc apte sentit glo. i. c. ex transmissa. j-ti. ꝓx. z facit qz nemo potest esse azepha lus z sine capite. xxij. di. nulla. Et ꝓ b vide singu lare dictū Jnn. in. c. licet ex suscepto. j-ti. ꝓx. vbi dicit q qñ necesse est semp recurrendum ad papā siue sit necessitas iuris. qz alit' ñ sit iudex superior siue facti. pu ta quia de facto minores iudices non pñt suas sinias exequi. nec valet ꝓscriptio in ptrarium. de ꝓscrip. ausʒ non liceat. z ptra summā ptātem non currit ꝓscriptio. vt nō. Jnn. in. c. bone. ei. ij. ō postu. ꝓla. z sicut deficit ente imperio de facto succedit papa. in. c. liczʒ-ti. ꝓx. ita. z cum deficit de iure qz est talis ꝑsona q̄ non re / cognoscit imperatorē. ut dr de rege francie in. c. p vene rabilem. qui fi. sint le. z de rege hyspanie. in. c. adria / nus. lxiij. di. p glo. z hoc nō. z hanc iurisdictōʒ exerce re pōt ꝓcea que dicta sunt in gl. ij. z p ea que le. z nō. in. c. p venerabilē. qui fi. sint le. z quod. s. dixi in. c. cum venissent. s. eo. z in hoc. c. nōbiliter intellige q̄ ipe nō recognoscens superiorē ꝓcedit ptra subditū suū vt tunc possit esse iudex in facto proprio. secus si non subditus. vel saltem nō omnino subditus. ut erat rex anglie. z ille vellet agere ptra eum. qz tunc pōt istum ꝓuenire corā papa. qō nō. non tñ probatur ex tex. ut stati dicā. sʒ dictū satis ē rōnabile nemo pōt ꝓscribere ptra summā ptātem pape. ut non sit isti subiectus. ut nō. Jnn. in. c. bone. ij. de postu. ꝓla. qz esset acepha / lus qō esse non debʒ. xxij. di. nulla ratōne. Secō ꝓncipalit̄ pt saluari ꝓcessus pape rōne violatōis iura mēti z pacis. z huic rōni vidr initi papa in isto tex. vt sic ꝓncipiēr ꝓgnoscat rōne peccati z in ꝓsequtiā ō feu / do. ut etiā sentit glo. aliogn seqretur fm hosti. q q̄ñ / cunqʒ vasallus cōmitteret felloniā ptra dñm z quan / tūcūqʒ iuste dānaret semp hāret recursum ad eccīam. dicit tñ q etiā in b casu nō esset semp denegāda audi entia nā eē pt q iniq̄ z iniuste. ꝓcessum erit z rōne pec / cati possʒ b eccia exaiare sūmarie z fm q inuenerit ad mittere vl repellere tle zc. ar. C. de adul. l. qm̄ alexan drū. z C. ō fal. v. z pʒ i eo qō le. z nō. i. c. pastoral. § qz vo. ō of. dele. Nō ex b dicto hosti. q vbi dubi tat ō peccato eccia ad fundādā iurisdictōʒ suam inci / denter ꝓgnoscere pōt an subsit peccatū quod videtur

esse ꝓtra id qđ ipem̃et nō. hosti. in. c. si cleric⁹ laicū .j. ō so. ppe. ubi vult q si laic⁹ ꝓuent⁹ corā iudice eccliastico p clericū negat illā rem esse eccliē non possit ecclesiastic⁹ incidēter de illa re cognoscere cui⁹ ꝓtrarium sentit b in fin. Et hoc dictum credo ver⁹ ut ibi dicam

Scđo nō ex b dicto q p iniusta snia pt haberi retursus ad eccliaz p viā denūciationis qđ satis putat, p cedere do. an. qñ acq̃uit snie tm̃és appellare ob tirā niden superioris. nec⁹ si snie acquiesset q: tūc ille qui obtinuit sniaz satis pt ex hoc suã ꝓscientiā excusare. qđ tñ limita scđm nō. p Inn. in. c. q: plerīq;. de imma. ecc. ubi tangā. Aduerte q: bar. hāc. q. tāgit i ex̄uagā ti ad rep̃mendā in v. denunciatōem t ibi absolute cō cludit q sup snīato p iudicē ꝓpriū nō hz locū hec denūciatio. q: nō pt ampli⁹ ꝓgnosci de peccato obstāte exceptōne rei iudicate ut. l. si qs cū totū. ff. de re iudi. nā spāle ē ut qñcunq; possit ꝓgnosci. ad hoc all. tex. nō in. l. diui. ff. de penis Idē videt tenere Bal. in. l. si qs p triginta. si de feu. fu. ꝓtro. coll. c. ꝑ excēpit si cā est ecclīastica seu allegat vsuraria ꝑuitas. t nō hoc vltimū illi tñ nullā mentōez faciūt de dicto hosti. b i ꝓtrariū ego p ꝓcordia dicerē sic q aut victor in cā cōfiteretur snīam iniustā t dz denūciatio admitti. q: talis snia ē renocāda ut singulariter ponit Inn. in. c. q: plerīq;. de immu. ecc. p hoc q: ꝑsumptio iuris t ō iure admittit ꝓbatōem in cōtrariū p confessionē illi⁹ ad cui⁹ validitatem ius ꝑsumit ut nō. Ly. t alij doc. in auc. ꝑsentā necessse. C. de dona. añ nup. Idez dico ubi notorie ꝓstaret de iniustitia snie p nōbile dictū Inn. in. c. fraternitatis de frigi. t malefi. facit. c. inter ceteras. t qđ ibi dicit .j. ō re iudi. ubi vero cessat confessio victoris seu notorietas ē magis dubiū ꝑ i hoc casu dicerē q aut ista denūciatio pt p clara indicia ꝓbari q victor peccat q: scit sententiā iniustā tunc deberet admitti denūciatio non obstante q denūciatus dicat q' eā ꝓscia teneat vel exponat rei iudicate exceptōem nam ꝑma exceptio nō obstat. q: assertio sua ꝓfundet⁹ per clara indicia, ꝓbanda in ꝓtrariū q̃ ꝑualent vni assertioni. ar. in. c. ij. ō renū. li. vi. t. l. dolū. C. ō dolo. t. l. nō omēs. §. si qs a b. barīs. ff. de re. mi. t qđ ipse bar. nō. in dicta ex̄uagā ti in v. denūciationi in pe. q. t qđ .j. dicā i materia denunciatōis nec ob. scđa exceptio. l. rei iudicate. q: ad aliud agit nūc q̃ ꝑmo. l. ut denunciat' corrigat a peccato ꝑmo aūt agebat ꝑncipalr de ipsa re. t sic cessat. l cū q̃rebat. ff. de excep. rei iudi. facit qđ in fili nō. Inno. in. c. inter dilectos. de excess. ꝓla. t ō rōne peccati snia non trālit i rem iudicatā ut in. c. lator. de re iudi. facit optime. d. l. diui. Si princeps secularis nō ꝓgnoscit ad relaxandū penā corꝑis fortius dz hoc facere tm̃ dex ecclīastic⁹ per penā iuris ꝓsideret tm̃ index ea q̃e nō. Inn. in. c. tenor. de re iudi. Gl. sup verbo ipm op. t videt q rex francie non poterat cognoscē ō feudo q: qñ q̃stio ē iter dñm t vasallum. dñs nō cognoscit ꝑ pares curie. vt in. l. imperialez. de ꝓbi. feu. alie. t nō. in. c. cetez. s. e. gl. fatetur ꝓtrariū ꝑ q hoc non respōdet ad istum tex. q: videt innuere oppositū i v̄bo ad ipm. ꝑ pt dici q hec cū verteb̄at inter vasallos. uel meli⁹ spectat ad ipm. i. ad suā curiā. t sic videt ꝓtra id qđ. s. dixi post hosti. q papa hic directe nō intendit cognoscere de feudo. Glo. sup verbo ꝓsuetudinem colligit q ꝓsuetudo parificat ꝓuilegio hoc limito data capacitate ꝓsone alias lōge pl⁹ pōt ꝓuilegiū q̃ cō suetudo vt in. c. q̃sto. cum ibi nō. de ꝓsuetudine t vide pulcr dictū Jo. an. in. c. ij. de ꝓben. li. vi. ubi dicit q laic⁹ non pōt ꝓferre t̄ñficia etiam si ꝓtulit tāto tpe de cui⁹ contrario memoria hoim non exīstit t ex ꝓuilegio pape statim posset. l. xiij. di. adrian⁹. Gl. i verbo quicunq; oppo. ꝓtra tex. in eo. q papa allegat hic legē abrogatā dz ꝙ sustinere penam. C. de veteri iure enu. l. vl. Rñdet primo q pt allegari non ut faciat ius t ut cā decidat scđm illaz. ꝑ ut habeat ipse notīcia vt ostendat q̃stam devotōnem habuit, promulgator ad ecclesiā Scđo soluit q. l. pōt allegari lz sit abrogata ꝓpter rōnem sui q: rō non colligit. ut. l. eas. ff. de capi. di. ō eni allegat ꝓpter sui rōem q imperator t alius ꝑnceps secularis dedignari non dz. ut cā ei⁹ audiatur p eccliē exemplo illoz ꝑncipaz. Et vide p hoc bonā glo. in. c. fuerūt. vij. di. Et istas solutōes etiam ponit Inno. hic Tercio pōt solui ut sentit Jo. an. q ꝑncep⁹ pōt bñ arguere p. l. obrogatā. l. ij. §. t nemini C. de ꝓsti. pe. nō aūt inferior a principe. Quarta solutio nōbilis pōt itelligi ex dictis Inn. hic qui dicit q illa. l. cōcessit ꝓuilegiū ecclesie. vñ adhuc hodie durat q. d. q non potuit abrogari in preiudiciū ecclesie cui fuit illud i ꝓuilegiū concessum. Et nō singlr q: solet quotidie allegari hoc dictū ad ꝓbandū q ꝓuilegium cōcessum non subdito pt revocari ampli⁹ per ipm ꝓcedentē. nam hz suā vim incōtinenti. cū perueniet i notīciā ꝓuilegiati. ut in. c. i. §. ex parte. de ꝓcū. ꝓben. li. vi. t sic non potest ampli⁹ revocari. cum sit ius q̃si situm t ꝓcedens non est dñs seu superior. t idē tenet archy. in. c. quicunq; xi. q. i. ar. in. l. perfecta. C. ō donā. que sub mō vbi patz q donatio semel perfecta nō revocat. Et Jo. an. in. c. constitutus. de rel. domi. ſz ꝓtrarium facit quod ipse Inno. nota. in. c. in nostra. de iniur. vbi vult q ꝓmune obligās se p statuta ad resarciēda damna singulor⁹ in bello amissa. pōt illud statutum revocare. t satis videtur innuere hec littera. Bo. an. b sentit q illō ꝓcedit q̃n statutū emanauit in fauorē subiecti t ñ habuit a ꝑncipio ꝓcursum equitatis t ratōis natural. q: nulla rō suberat naturalis q̃ ibi induceret cōe ad illud statutū faciēdū t idē si habuiſſz rōnem. ex quo revocat per habentē ptātem in ꝓuilegiatos ut ibi. hoc dictum Inn. hic procedit q̃n ꝓuilegiū ꝓcessum ē nō subdito ego puto q qñ ꝓuilegiū ꝓcessum ē non subdito non posset amplius revocari.

ut in hoc dicto Jnn. Et idē puto si fuisset processum per viā statuti et trāsuisset i protractum siue i puentōnem. ut qz dicit statutū. Quicunqz venerit ad habitandū i talī territorio sit immunis ab oñi collecta. certe si aliq̄ extraneus venerūt ad ibi habitādum non potest allegare illud statutū quo ad illos reuocari. qz illud trāsiuit i qualitatem protractū q̄ etiā princeps obligat ut nō. in. c. i. de pba. et hoc expresse voluit Bar. in. l. bi. q. ff. de iure immunitatis. et. l. qō semel. ff. de decreto. ab or. fa. et in. l. oēs populi. ff. de iusti. et iure. Sed respectu eoz q̄ non dū venerūt tenet Bar. in. d. l. oēs populi q̄ pōt reuocari ex quo res ē integra ar. i. l. si pecunia. ff. de pdi. ob cām qō prima frōte vidz pter dictum Jnn. hic. ꝙ pcorda tur q̄ dictū bar. procedit qñ statutū fuit generaliter editū qz tunc vidz quidā protract⁹ innominat⁹ qui re integra pōt reuocari ut. d. l. si pecunia. ꝙ dictū Jnno. procedit in priuilegio specialiter nō subdito processo qō immediate habuit vim suā cū puenit in noticiā priuilegiati. de concess. pben. c. i. li. vi. Et ex his optime annecto qōnē disputatam p dōm angelū de pusio subtilissimum legū doctorē in electōe ptātis fuit statutū q̄ de omni pena pecuniaria quaz exigeret deberet hīe ipse ptās quartā pten et tpe electōis. p homicidio seu alio crimie erat pena pecuniaria postea cū fuit electus et officium acceptauit fuit illa pena pecuniaria p statutum mutata i penā corpalem queritur vtz hmōi statuti mutatio noceat ptāti q̄ minus habeat dictā qrtam pten pene pecuniarie ipōe formā primi statuti. Et p⁹ multa pdudit q̄ si huic mutatōi ptās pretradixit q̄ sibi debeatur. non cui potuit ꝟ statutū mutari in cui⁹ piudicium ar. op. in. l. in pcedēdo. ff. de aq̄ plu. ar. et C. de fui. et aq̄. l. aquā. et allegat. p casu pal. l. q̄ semel. cū sua gl. ff. de decre. ab or. fa. et. l. lutius. in fi. ff. ad munic. et ꝟ singlr nō. Ex qbus infero q̄ si sunt aliq̄ statuta cōsuetudinia priuilegia doc. legentibus in ciuitate q̄ talia statuta mutari non pōt in piudiciū doc. forensiū pdu cendum tpe quo edidēbāt illa statuta. et satis bz equitatem. forte eni. promiserunt se pduci illo salario. ppter immunitates qs statuta locoz deferebant eis. si vero ut reuertar. ad primum dictū priuilegiū processum ē subdito maxime p vīa statuti. et tūc aut bz actū successiuum et tūc pōt reuocari. saltē q̄ ad futuros actus. et ita loquit c. in nostra. et dictū Jnno. ibi qz omnis res p quascūq causas nascit tē. in regula. i. de re. iuris ꝙ si bz actū momētaneum ita q̄ priuilegium statim suū effectū sortitum ē non puto posse reuocari. qz trāsiuit in ius gentium. nisi subsit cā. propter quam etiam ea q̄ sunt et competunt de iure gentiū pōt reuocari p nō. per Jnno. in. c. quecūq in ecclesiarū. de pbēn. et per legistas. in. l. fi. C. si pctra ius uel vti. pub. Et ex predictis habes vnum casum in quo lex abrogari non potest adde alium notabilem qñ est canonizata per papam ut tunc saltem in foro ecclie remaneat cū effectus. qz censetur lex pape

ut ē tex. in. c. in primis. ij. q. i. iuncta glo. nōbili in ꝟ. lex. Et de materia an et quando possit allegari. l. abrogata. vide qō nō. in. pheinio huius pcipatōnis per archy. in. c. frequēs. de rescri. spo. li. vi. et de pcess. prebē. c. auctē. co. l. Et qō nō. in sum. hosti. de imu. ec. §. inq̄stum sub. §. ꝙ nec illa. immunitas. ꝟ. nec credendum ē. et ꝟ. se. Ultimo gl. hic colligit ar. q̄ eccliā pōt inducere legē cum ꝙ ipa facit ꝙ ptra se eā recipere non teneat. et hoc expresse asserendo tz hic Jnno. et facit cxxvij. di. si quid veri. et quod nō. in. c. ꝙ. de solu. ubi hosti. ponit aliqs regulas. an et qñ pstitutio laicorum bz obseruari in foro ecclīastico. nō etiā in. c. ecclia sancte marie. de pscri. nec ob. si dicat q̄ ex quo ecclesia recipit aliqd p se tenet etiā recipe ptra se. iiij. q. iij. si quis testibus. qz sēm hosti. istud ē spāle fauore ecclesie et in eius lesionē retorqueri nō bz ut. C. de le. l. qō fauore vel dic ut nō. in. c. fraternitatis. j. de here. Glo. i verbo corripe facit tria. primo tacite opp. et soluit. secundo opp. et non soluit sēda ibi ar. ptra tercia ibi qñq.

Opp. primo in eo q̄ tex. dicit ad officiū pape pertinere corripe ō quolibet peccato tē. nā ex hoc euacuatur forus secularis cum puniat delicta laicoz. et ad hoc deputati sunt iudices seculares et pncipes. xpiāni. q. v. sunt qdam. t. c. rex bz. t. c. administratores. t. c. pncipes. cū multis silibus. Sed. gl. meu ptrariū supplet ad lrām q̄ pōt ecclesia cognoscere saltē indirecte. i. inducendo indirecte ad satisfactōem compellēdo ad pniam qō generaliter procedat et debeat intelligi ut j. subiciā Sed. op. ō. l. hereditas. ff. ō pti. here. Et aduerte qz illa. l. pōt adduci p et ptra. ibi enī dz q̄ ad iudicē ecclesiasticū ptinet. lz nulla actio oppetat cōpellere heredes. ut faciat sepulchz defuncto. vñ pcor. cum tex. inq̄stum cōpellit laicum. facit ptra qz directe impedit se de laicis. ꝙ dic q̄ ē casus nōbilis et spālis. qz actus ē pius sicut i alijs pijs actib⁹ recurritur ad ecclesiā. ut nō. j. de testa. c. cū esset. et. c. relatum. et de reli. do. c. de sinodochis. Tercio opp. ptra tex. q̄ non semp peccans puniendus est. vt in. l. si furiosus. §. si oliuā. ff. ad. l. acquil. vbi colligens oliuā maturam alterius peccat. et tamē nō tenet pena. l. acquil. Sed. scōz doc. non ē simplr verū q̄ remaneat impunit⁹. aut eni colligit oliuas imaturas et tenetur ad damnū. l. acql. ut ibi. aut colligit maturas et tenet restituere oliuas et pdit expensas. uel laborē quē subijt in colligēdo. uel aliter. l. acquil. ppedit p damno dato. Vñ si colligit maturas nulli damnum dedit exquo eas restituit. sed p ꝟ non tollit quin p malo aio alia pena teneatur. et etiā furti. qz ptractauit rē alienā. nā et malū puniri bz q̄uis inde sequat bonū. vide tex. cū gl. i. xxiij. q. v. relegētes Glo. in ꝟbo de plano q̄rit qz tex. dic q̄ ꝟ erat procedēdū de plano q̄lis erit iste processus. Rñdet dupliciter. primo q̄ non in forma iudicij. ꝙ i modum denūciationis vel aliter de plano. i. sine strepitu iudiciorū.

llosti. dicit standū ꝑme expositioni cōi hec est enī de
nūciatio iudicialis in q̄ ꝓcedendū ē de plano. ꝑ nō ē
veritatis examinatio obmittenda ut .j. dicā. q. o. q̄ ex
toto nō excludit forma iudicij. Ve mō ꝓcedēdi in
q̄libet specie denunciatōis ⁊ ipaꝝ effectu aduerte. qz
b host. ut i plurib⁹ alijs locis hui⁹. c. ⁊ ꝓmuniter doc.
sentiant q̄ hec denūciatio fuit iudicialis. Cōtra quod
ego op. ex isto tex. ubi i plib⁹ locis ⁊ maxie i ꝓncipio
fundat se sup auctē euāgelicā. Itē postea subicit q̄ rex
anglie erat parat⁹ ꝓbare q̄ circa b facti fuauerat seu
ꝓcesserat fm formā euāgelicā. Itē forti⁹ papa. j. subicit
q̄ cū sit vocat⁹ ad regimē ecclesie non ꝑt mandatū de
uinum non exandire ut non ꝓcedat scōm formaꝫ ipi⁹
scz dei. ⁊ sic apte innuit q̄ ista fuit denūciatio euangeli
ca. cui⁹ ꝓtranū cōiter dicūt hic doc. nec aliter ad tex.
rident. sed ego ad ꝓbandū q̄ hec denūciatio fuit iudi
cialis. ꝓmo induco tex. in eo q̄ hāc cām ꝓmittit ō le
gatis iudicialiter. lz non oīno tractandā licz enī dicat
q̄ de plano procedāt. non tñ dixit q̄ sine figura iudi
cij. b enī verbū de plano non tollit oīez solēnitatem
ordinis iudiciarij. ut nō. in de. sepe. de ẏbo. sig. In
glo. sup verbo ⁊ figura. Itē forti⁹ induco tex. i eo
q̄ mādat istis delegatis ut audiāt querimoniā regis
anglie ꝓtra regē francie ex q̄bus verbis ꝓtz q̄ rex an
glie simpliciter se nō fundat sup peccato ꝑ etiā sup in
teresse ꝓprio ⁊ sic nō erat denūciatio euāgelica q̄ solū
tendit ad correctōem peccati ⁊ nō fundat se sup inter
esse ꝓpriū. sicut facit iudicialis ut .j. dicaꝫ. Itē induco
mandatū factū legato ut totā terrā regis subiciat iter
dicto. Et sic nō stat i meris finib⁹ denūciatōis euāge
lice que vult q̄ non parēs habeat ꝑ ethnico ⁊ publi
cano non obstāt motiua superi⁹ facta qz dico q̄ ideo
b allegat auctas euāgelica qz hec iudicialis inducta
ē ad instar euāgelice sicut enī ibi procedit rōne pecca
ti ita ⁊ i ista. lz finis sit iudicialis ut vltra correctōem
etiā denunciatōis fuer illesus. vñ sicut in illa requirit
monitio ⁊ q̄ ostendat peccatū. ita ⁊ in ista. vñ ōz pro
cedere papa b scōm formā euāgelicā. qz ē inducta ad
instar illi⁹ ⁊ bz quodammō omnimodā similitudinē et b
sentit multū tacite Jo. an. in q̄dam apostilla sup ẏbo
scōm formā ipius vide putat Jo. an. sup gl. se. q̄ hec
denunciatio iudicialis fit i scriptis ponrigenda ⁊ q̄ sit
lis ꝓtestanda. ad b vide tex. in verbo ne igitur. ⁊ i ver
bo vtꝫ iusta sit ⁊c. Et sequit bar. i extrauagāti ad
rēmendā in verbo denunciatōem. ubi aliq̄ bona tan
git ad materiā hui⁹ capli Glo. vltima q̄rit qz papa
mādat hic discuti exceptōes opponēdas ꝓtra denūci
atione q̄ exceptōes admittant. Rūdet q̄ exceptio cri
minis siue denūcians ꝓsequat iniuriā propriā siue ali
enam Jo. an. dicit b procedere in denunciatōe euāge
lica ⁊ canonica. sed i euangelica admitterent infames
dummodo egerint pniam de delicto. ut nō. hic Jo.
an. Ulin. Inn. ⁊ bar. brix. ij. q. i. si peccauerit. In iu-

diciali vero de q̄ intelligit Jo. an. hanc lrāz loqui pu
tat sec⁹ in hac enī ⁊ criminosus audiet. nili forte excō
catio obstaret ut .j. de except. exceptōem. uel alia spoli
atio siue depredatio ut .j. de ordi. cognit. c. ij. ⁊ fi. uel
alia exceptio ꝓiudicialis ⁊ hoc nō q̄ ꝓtra iudicialem
denunciatōem admittit exceptio spoliatōnis. extēdit
enī multa ista iura. Nō hoc dictū sequit Bar. i ex
trauaganti ad repimēda in ẏ. denūciatōez ubi ꝑ hoc
decidit q̄ obstāte exceptōe macedo nō ꝑt creditor cō
tra filiumfa. istā denunciatōem facere qz lz obligatio
naturalis teneat filiumfa. ut. l. qz naturalis. ff. ad ma
ce. tñ huic obligatōi ꝓiudicat beneficiū macedoniani
qō fuit introductū in odiū ipi⁹ creditoris ⁊ in favorez
parentū ⁊ delicta coercenda. ut. l. i. ff. e. ad hoc allego
Inno. in. c. qz plerīq⁹. de immu. ecc. ubi ꝑ b expresse
tz filiumfa. non teneri ad restituendū etiaz in foro aie
allegat etiā aliā subtilē rōnem. s. qz nihil ē apud hanc
filiumfa. cuius dñium nō habeat. nā rei sibi mutuate
dñium in eū trāsit ut. l. ij. ff. si cer. pe. ꝓtra exceptōem
aūt que ꝓtra eū interꝑtari ꝑt legitimā exceptōnem bz
vnde cū exceptio sit ei data ꝓtra hāc actōnem ab eo q̄
actōem dedit sibi sufficit ⁊ tutus ē etiā q̄ ad deū scōm
eū exquo dic male sensisse. Bar. in. l. si pene cā. ff. de
ꝓdi. inde. vbi dicit q̄ liberat⁹ cā pene tenetur restitue
re in foro anime qō ē ꝓtra ꝓdicta. ⁊ facit qō nō. Bal.
in. c. si qs ꝑ triginta. si de feu. fi. ꝓtro. coll. x. ubi dicit
q̄ in istis executōibus penaꝝ non bz locū hec denū
ciatio. Sed qz supꝝ facta ē mentio de multiplici de
nunciatōe q̄ro quotuplex ē denunciatio doc. hic ꝓmu
niter dicūt q̄ q̄druplex sit spēs denunciatōis. alia est
enī euangelica alia iudicialis alia canonica ⁊ alia re
gularis discutiam⁹ quamlibet de ꝑ se qz materia est
quotidiana Et ꝓmo circa euāgelicam quero. vñ pro
cedat hec denūciatio an ab actu iusticie an ab actu ca
ritatis de hoc vide per archy. ij. q. i. si peccauerit. ubi
cōcludit q̄ q̄tenus ordinat ad tollendū peccatū pro
cedit ab actu caritatis. ꝑ quaten⁹ ordinat ad instruen
dum alios ꝑ exemplum procedit ab actu iusticie. xi.
q. iij. ꝓcipue. Secō queri⁹ an quilibet teneatur ad
hanc denunciatōnem faciendā ex ꝓcepto. an ex ꝓsilio
tñ Jo. an. ⁊ Inn. dicunt ꝓbabiliter teneri ex ꝓcepto pro
hoc. qz verba euangelica sunt impatiui modi. ut patz
vñ ⁊c. q̄ obligant sicut verba ꝓceptiva. qz qō precipit
impat. xiij. q. i. qō ꝓcipit sed in non prelato dicūt q̄
ē ꝓsilij. ⁊ ad hanc nō tenetur nisi sicut ad alia pia opa
Jo. de lig. dicit q̄ aut queri⁹ de denunciatōne fienda
circa ꝓmissum ⁊ non est ꝓcepti. aut de denunciatōne
fienda circa ꝓmittendum ⁊ est precepti. rō quia circa
cōmissum sit denunciatio propter pniaz quam impo
nere non potest prelatus. nec ad ipam ꝓpellere. ꝑ cir
ca ꝓmittendum non sit denunciatio ad pniam cū de
lictum adhuc non sit commissum. sed tendit ne peccet
qō pōt quilibet prelat⁹ prohibere. si enī teneꝝ quilibz

ritur ad principem secularem. si tamen illud repitur ab
ecclesia determinatū. tūc illud ē sequendū in foro secu
lari. qz vnū ius supplet aliud sicut vna pars iuat aliā
xcvi. di. cum ad vez Et. p hoc ego induco. qz si sū
te dubio recurrit ad pscriptam que est optima legis
interps. ut in. c. cū dilecti'. ō pscripe. et. ff. de le. l. si de in
terpratione. multo forti' debet recurri ad ius canoni
cum qđ ē maioris auctis. in. c. fi. de pscripe. Et vide cir
ca hoc quod nō. in. c. certificari. de sepul. t in. c. i. de
consti. t hoc procedit quando reperitur determina
tio tñ per ecclesiā. si etiā reperet p ius ciuile tūc que
libet dispositio seruabit in foro suo exquo materia nō
tangit peccatum. ut nota. in regula possessor. ō re. in
ris li. vi. et. in. c. ij. declarbi. co. li. secus si materia tan
geret peccatū vel spectaret ad determinatōnem eccle
sie vt in crimine sacrilegij t pscripti. t p hoc declaratur se
quens casus q excipit in glo. ut. s. dixi. Quintus-
decim casus est qñ agitur p viam denūciatōis cano
gelice. ut in. c. nouit. s. ti. pr. io. Et vide qđ nō. gl. i. c
inter nos. de purga. cano. Sextusdecimus casus
ē rōne cōnexitatis. pōt eni ecclesia cognoscere de causa
pphana qñ ē pnexa t pncta cum cā spectante pin
cipaliter ad ecclesiā. Exemplū ponit glo. in dote que
venit accessorie ad matrimoniū vt. j. ō do. post dinor
cium. resti. c. de prudentia. t sic sentit glo. q si pnci
paliter pcedat de dote cognitio spectat ad secularem
tu dic ut nō. in pal. c. de prudentia. t dico in. c. nō est
de spon. t per hoc habes primam t secdam glo. expedi
tas t suppletas Sed cōtra pdicta opponit. videtur
eni q papa non possit in casib' predictis se impedire
de iurisdictōne tpali inter laicos. nec videtur ei credē
dum. cum hoc statuerit in fauorē suum ar. ff. de interro.
actio. l. de etate. §. i. et. xiiij. q. ij. §. i. Do. dicit Inno
q si hñ qui hoc dicunt diligenter attēdāt. nō ea
dunt culpam sacrilegij. t q possit se papa de his ca
sibus impedire probat hoc modo. A principio creā
uit deus celum t terram t omnia que in eis sunt. an
gelicam t humanam naturam spūalia t temporalia
que per seipsum rexit sicut factor suam rem gubernare
solet. et homini quem fecit precepta dedit. et trāsgre
dienti penā imposuit. vt gen. ij. ex omni ligno tc. ipis
etiam peccantibus penam imposuit per seipsum. id ē
ade et eue. gen. iij. mulieri vero dixit tc. et ibi ade ve
ro dixit tc. qualiter etiaz per seipsum Caym puniit

et Lameth ꝛ quosdam alio in eodem li. genesis. iiij. ꝛ. v. c. legitur. et sic deus repit mũdum per seipm vsq; ad tpus Noe. ꝛ tpe Noe cepit deus creaturas suas regere p ministros. quoꝝ pmus fuit noe. ò quo q; fuit rector ppli ex eo apparet q dño dedit sibi gubernatõnem arche p quã ecclesia significatur gene. v. ꝛ. vi. c. Item q; dño Noe ꝛ filijs recptuã ꝛ legẽ dedit. gene. ix. vbi etiã lz non legat sacerdos fuisse. officiũ tñ exercuit sacerdotis statim p egressum arche anteq; legef ppio daret genes. viij. Edificauit aũt noe tẽ. q officiũ sacerdotis simul Abel ꝛ Laym primo fecerant in hac aũt vicaria successerũt pmarche iudices reges sacerdotes. ꝛ alij qui p tpe pfuerũt in regimine ppli iudeoꝝ ꝛ sic durauit vsq; ad xpm q fuit natalis dñs ꝛ rex noster. de quo dicit psal. Deus iudicũ tuũ regida tẽ. et ysa. xxxiij. Dominꝰ iudex noster tẽ. dñs legifer noster. dñs rex noster. ꝛ ipe ibs xps constituit vicarium suum. petrũ ꝛ successores. qñ ei dedit claues regni celorũ ꝛ qñ dixit. pasce oues meas tẽ. ꝛ licet in multis distincta sint officia ꝛ regimina mundi. tamẽ qñq; necesse est ad papã recurrendũ sue sit necessitas iuris. q; alius nõ sit iudex superior. siue facti puta q; de facto miores iudices non pñt suas exequi sñias. vel nolunt ut debẽt exercere iusticiã. j. qui fi. sunt le. c. p venerabilem. ꝛ p bis optime facit. de homi. p humani. li. vi. ꝛ hec dicta placẽt hosti. ꝛ iunge ea cum bis q̃ dixi in. c. nouit. s. ti. prop. in. c. cum sit generale. Item. c. si clericus laicuꝝ. s. de iudeis aut saracenis grecis ꝛ scismaticis qũo ad iurisdictõnem pape pertineãt nõ. per Inno. in. c. quod sup bis. de voto. vide Inn. in. c. cũ te. j. de re iudi. ppe finez. vbi sentit q; illi principes nõ recognoscentes supiorem subsunt pape. In dubijs ꝛ grauibus articulis allegat. c. per venerabilem. qui fi. sunt le. quasi sentiat q; in leuib; seu mediocribus nõ re cognoscant etiaz papam in temporalibus. quod nõ. Sed an hoc sit verum vide quod dixi in. d. c. per venerabilem. Venio ad glo. fi. ꝛ oppono contra tex. de. c. cum speciali de appel. ꝛ. c. si quis contra clericũ. s. eo. vbi ordinarius recusatus cõmittit et hic debet haberi recursus ad superiorem. So. contraria ponũt ius cõmune. istud vero est locale scõm glo. vel aliter scõz gof. hoc. c. potest intelligi quando supior aditur per appellatõnem. puta q; consules recusati nihilominus procedebant ꝛ hoc probat littera que dicit sicut superius tẽ. quasi per appellatõnem. nam de ea erat superius dictum. vel aliter scõm eum potest intelligi quod dicit recurratur nisi cõmittatur. vel scõm Vin. sufficit q; index secularis non possit causam cognoscere ad hoc q; fiat transitus ad ecclesiasticum. vix enim contingat quin per alium cognoscere posset. s. de of fi. dele. ç. coram. hec solu. mihi non placet per. c. cum speciali. et per ea que plene dixi in. c. si quis cõtra de riciam Hosti. dicit ꝺ̃ pcedere ò consuetudine. ad fin eum posset dici contraria locum habere cum episcopus recusatur. hic tamen recusatur minor episcopo. ꝛ hoc fauore episcopalis iurisdictionis ꝛ excellentia dignitatis. hec vltima solutio mihi non placet. q; multum restringit. c. cum speciali. quod loquitur indistincte. et faciunt ea que dixi in dicto. c. si quis contra de riciam. ꝛ dic generaliter ut ibi dixi. Tene ergo ad solutõem gl. q; hic erat specialis consuetudo ut opi. gof. q; hic recedebatur ab appellatõnis via. Extra glo. aliter oppo. et videtur q; non poterat hic appellari nec ad episcopum nec ad papam nec a iudicibus secularibus ut in. c. si duobus. j. de appella. Inno. soluit q; ad episcopum poterat appellari de iure speciali. habebat enim hoc ius in ista terra q; ad eum posset appellari. sed ad papam iure imperij poterat appellari quasi velit dicere quod papa succedit vacante imperio. Sed contra istam solutõnem obstat littera in verbo presertim que presupponit q; poterat appellari ad papam etiam imperio non vacante. sed tenendo hunc intellectum expone presertim. id est. tantum. pij di. illud. cum suis concor. scõm Vincẽ. et goff. ꝛ satis sentit Inno. sed tunc ob. et aliud. si enim papa poterat hic cognoscere tantũ loco et iure imperatoris non deberet ad eũ posse appellari obmisso medio sicut nec ad ipsum imperatorem. ij. q. vi. anteriorum. et. ff. de appel. l. imperatores. qui enim succedit loco alterius eoden iure vti debet. vt in regula is qui in ius. de re. iuris. li. vi. in mercuria. et optime in de. quia regulares. de sup. neg. preda. ergo debebat hic prius appellari ad episcopum vercellẽ. Solu. Vincen. ꝛ Jo. istã litteram intelligunt quando episcopus non exhibet iusticiam timore consulum. vel scõm Vin. nõ omnes cause deferri poterant ad episcopum per appellatõem vt in causis grauioribus. ut. j. de appella. vt debitus. ꝛ ideo dicit eas deferendas ad se uel ad episcopum q; cognosceret quasi delegatus pape de illis de quibus prius cognoscere non poterat. dominus anto. dicit et aliter. quia eo q; iurisdictio defertur ad tribunal ecclesiasticum deferri censetur scõm consuetudinem fori ad quem defertur. et scõm illius conditõnes vt sic possit appellari obmisso medio. vnde tunc nõ aditur papa vt surrogatus loco imperij. sz hoc operatur cõsuetudo deferens iurisdictõnem ad tribunal episcopi que extenditur auctoritate iuris quo cauet ad papam appellari posse obmisso medio ꝛ tunc dic q; dictio p̃ sertim potest stare proprie pro maxime quia hec ratõ militat imperio non vacante. hec ratio mihi non placet. quia si sola consuetudo deferebat iurisdictõem ad episcopum. non debet posse ad papam appellari obmisso ipo episcopo. quia scõm hoc non seruaretur cõsuetudo. quia extenderetur prescriptio contra naturã

suam.de decí.c. cum contingat.vbi tex.optime facit quod nota.Inno.in.c.fi.ō off.archi. nec obstant ira que dicunt q̄ ad papam potest appellari obmisso medio quia loquuntur in iurisdictōne ecclesiastica nō autem in seculari que iure speciali defertur ad episcopum per prīnō.et per hanc ratōnez tollo aliud dictū do.an.qui dicit q̄ hic poterat appellari ante diffiniti uam a iudice seculari.quia debet attendi consuetudo tribunalis ad quod iurisdictio transferetur quia dico q̄ consuetudo debet seruari in terminis suis Item quo ad preparatoria ꝛ ordinatoria iudicij seruamus semper consuetudines ꝛ statuta loci vbi exercetur iudicium vt plene nota.s.ti.proxi. vnde cum facultas appellandi ante sententiam concernat ordinatōnem iudicij.ꝛ sentit archi.in.c.non ita.ij.q.vi.ꝛ dixi in.c. precedenti, non debet posse appellari ante sententiam a iudice seculari nisi in casibus a iure expressis ō quibus in.c.super eo.j.de appella.Et ad istum tex.respō deo.vel q̄ habebat consuetudo ut innuit littera vel debet intelligi quando sentiunt se grauari in diffinitiua vel in interlocutoria in casibus in quibus potest de iure appellari Et circa predicta apprehendo etiam aliqua que confuse ponit hic hostien.sentiendo aliā lec. ad istum tex.videlicet q̄ etiam de iure poterat appellari hic ad episcopum dicendo q̄ episcop' Uercellē. est dominus ciuitatis quaz tenet ab imperatore i feudum sic plene distinguo.q̄ aut ad episcopum appellatur ratōne feudi secularis.et puto q̄ non poterat appellari ad papam nec obmisso medio. nec gradatim sed debet appellari ad dominum feudi mediatum.ō eo.c.ex transmissa.et quod ibi nota.in.c.ceterum .s. ti.proximo.Aut ratōne superioritatis.quia sibi pure fuit collata ciuitas in temporalibus ꝛ poterit appellari ad papam etiam obmisso medio.quia idem in ista iurisdictōne quod in alia ecclesiastica.arg.in.c. romana.§.debet.de appel.li.vi.et in.c.dilectus.de p̄ben. ꝛ in.c.vno.de iure pa.li.vi.facit quod nota.Inno.in c.solite.de ma.ꝛ obe.ꝛ sentit hic Jo.de lig. aut ratione consuetudinis tantum.ꝛ tūc puto q̄ de episcopo poterit appellari ad papam.quia regulariter est appellandum ad superiorem iudicis tribunalis.de appellari.si duobus.sed episcopo obmisso puto q̄ non possit appellari ad papam ratione suprascripta. aut vacat imperium ita q̄ iure imperij deuoluitur iurisdictio ad papam scōm lect.Inno.et tunc sentiunt doc. ut supra dixi.et maxime Joh.de lig. quia est appellandum sicut appellaretur.ad imperatorem per iura superius allegata.Ego putarem posse attemptari q̄ i hoc poterit appellari scōm constitutōnes pape.quia vacante imperio papa cognoscit loco imperatoris ꝛ iure proprio.nam habet iurisdictōnem habitu ut notatur in dicto.c.nouit.s.tim.proximo.et tātum deest sibi exercicium.vacante vero imperio assumit sibi iurisdictōem non tanq̄ surrogatus.sed iure proprio ex habitu antique iurisdictōnis.ad hoc optime facit textus in.c.i.de pigno.scōm vnam lectu.vnde si feudus impignoratur domino per vasallum non tenetur cōputare fructus in sortem dum tamen abstineat a debitis seruicijs.et hoc propter directuz dominum quod ē penes dominum.rex enim defacili reuertitur ad naturam suam.xxxv.di.ab exordio Ultimo per hoc soluo aliud contrarium quod potest formari per litteram.Judex enim secularis ordinarius non potest p̄textu suspicionis.in totū remoueri a iudicādo.sed dat sibi adiunctus.vt notatur in.l.apertissimi.et in auc.si quando contigerit.C.de iudi.dixi plene in.c. si quis contra supra eo.Dominus anto.hic in notabilibus dicit q̄ consuetudo tribuens iurisdictionem in causa appellationis extenditur ad causam recusationis.ad hoc j.de appella.super eo.quia recusatio ꝛ appellatō regulariter parificantur hoc mihi non placet ut supra dixi prescriptio stanq̄ odiosa non debet extendi. nec obstat parificatio predicta. quia hoc verum in quibusdam casibus non in omnibus ut in textu cum gl. in.c.si contra vnum in fi.de offi.d ele.li.vi.Item etiā in paribus non debet fieri extensio circa prescriptōez vt in preallegato.c.cum contingat.vnde solno et aliter q̄ hic erat consuetudo vt etiam sentit glo.que operabatur nedum q̄ possint illi consules recusari.sed etiam q̄ non possent committere ut supra dixi.ut loquitur quando volebant admittere recusatōnem aliquo modo.et sic fuit appellatum vt in fi.littere vel in loco subiecto ecclesie quo ad temporalem iurisdictionem scōm lectu.hostien.Et secundum hoc colligē q̄ in terris ecclesie procedit ad recusatōnem ordinarij secularis scōm canones.et non scōm leges.facit.c. si duobus j.de appella.ꝛ per hoc habes clare expeditā materiā hui'.c.ꝛ.c.se.illa tñ lect.q̄ terra erat ō tpali iurisdictōne ecclesie ex toto nō placet q̄ hic negligentia ponderat tē.

Uidua laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest.nisi super causa ecclesiastica vel in defectum iudicis secularis. Diuiditur nam in prima ponitur comitis conquestio.In secunda pape prouisio.secunda ibi nos igitur.que tria facit.reddit causam.supsederi mandat.duos casus excipit.ō.c. expediui supra .c.proximo.vnde dic ut ibi pro cursu tamen lectionis. Nota primo q̄ licet vidua sit sub protectōne ecclesie.lxxxvij.di. per totuz de verbo.signi.super quibusdam .non potest tamen alium conuenire petitorio coram iudice ecclesiastico aliter non data negligētia iudicis secularis ꝛ ō intelli ge quando est tantum vidua.secus si cēt vidua ꝛ pauper.vel vidua ꝛ oppressa.ꝛ sic intellige p̄allegatum .c. sup quibusdā.de offi.dele.c.significantibus. Nota

secundo q̃ superior laicus potest suis subditis p̃cipere ne litigent coram alieno iudice.ꝛ sic p̃t impedire prorogationem iurisdictionis per suos subditos fiendam.quod limitat verum dominus anto.quãdo aliter subiectus est q̃ rõne nude iurisdictionis.ad ℔ q̃ nõ.Inn.in.c.ceterum de iudi.ꝛ bar.in.l.ij.ff.ō iudi.ꝛ.l.i.§.ꝛ post operis.ff.de no.ope.nun.sed certe iste tex.non patitur illam restrictionem.cum hic non appareat illum comitem habuisse aliam prerogatinam.nisi ius feudi vltra nudum exercicium iurisdictionis.nec hic dicitur q̃ impediebat prorogationẽ quia tantum vidua instabat vt iudicium agitaretur coram ecclesiastico iudice.vnde mandatum fuit dumtaxat vide vt patet in tex.Et hoc videt factum potius in fauorem conuenti qui forte conquerebatur q̃ traheret coram iudice ecclesiastico. ex tex.ergo tantum colligitur q̃ dominus ad instantiã rei potest precipe actori ne trahat aduersarium coram iudice incõpetenti.

Nota tertio q̃ pretextu miserabilis persone non debet alij iniusticia ministrari prout tex.optime dicit in.c.deniq̃.xiij.q.v. Nota quarto q̃ delegatio facta per papam ad petitionẽ miserabilis persone nõ oppidse nec pauperis contra laicam.non habet incõtinenti effectum sed demum data negligentia iudicis secularis nec requiritur necessario negligentiam precedere sed sufficit q̃ sequatur nec est necesse q̃ recurrat ad superiorem ipius iudicis.sed imediate p̃ōt delegatus procedere q̃ nõ.secus in delegatione facta ad petitionem non miserabilis persone.illa enī incõtinenti est nulla si non processit negligentia.ut in.c.s prorio quod sic loquitur.ꝛ dic ut ibi plene dixi. nec aliter insisto circa glo.quia declarate sunt sicut dixi ī precedenti.c.Sed opp.contra tex.in eo q̃ hic agebatur super hereditate ꝛ papa mandat supersederi nisi cã sit talis que ad ecclesiasticam iudicẽ pertineat.nazcã hereditaria nullo modo p̃ōt spectare ad iudicẽ ecclesiasticum.j.qui fi.sint le.causam de or.cog. tnam. Do.potest intelligi secundum Hosti.q̃ agebat super hereditate.id est super hereditaria in dotem sibi concessa vel legata.Et secundum hosti. potest agi coraz ecclesiastico iudice.dos enim potest intelligi hereditas mulieris.quia suum patrimonium appellatur.ff. de mino.l.iij.§.vlt.i fi.ꝛ de dote potest eccliacognoscere.j. de dona.inter virum ꝛ vxorem de prudentia. de quo dic vt dicam in.c.non est de spon.ꝛ maxime hoc procedit quando vidua repetit dotem. de dona. inter virum ꝛ vxorem.c.nuper.Item poterat spectare hec causa ad ecclesiam ratione testi.j. de testa. tua nobis ꝛ nota etiam ex hoc dicto q̃ executio testamenti inter paros laicos spectat ad ecclesiam.de quo tamen dic ut plene notatur in.c.Johannes.j. de testa.

regulariter ergo causa super hereditate spectat ad seculares de quo in preallegato.c.causam. Secundo oppo.ꝛ videtur q̃ princeps potest concedere vni priuilegium cum preiudicio alterius.ut.l. quotiens. C.de preci.impera.offe.ꝛ quod notatur in.c. suggestum.j. de deci.Docto.intelligunt q̃ cum graui preiudicio hoc non posset.sed cum leui sic ut incontrario vide bonum.tex.ꝛ glo.xxv.q.ij.rescripta.ꝛ intellige q̃ independentibus a principe ut in spiritualib' possit concedi priuilegium etiam cum grauissimo preiudicio alterius sed princeps non presumitur hoc velle concedere ut notatur in preallegato.c. suggestum. et de offi.dele.super eo.ꝛ.l.ij.§.li quis a principe.ff. ne quid in loco publi. Quero que dicatur vidua. dicit Hbi.q̃ ista cuius maritus est mortuus.xxxiiij di.vidua dic q̃ ex propria significatione vocabuli vel secundum ethimologiam potest dici vidua quelibet mulier sine viro etiam si virum nunq̃ habuisset quasi sine viduitate.ꝛ dicitur a vi.quod est sine sicut dicitur vecors.i.sine corde.ꝛ vesanus sine sanitate. ita dicit tex.in.l.malum.§.vidua.ff.de verbo.signi.sed ex cõmuni vsu loquendi potest procedere dictum gratiam in preallegato.c.viduam.ut dicatur ista vidua cuius maritus mortuus est.ꝛ intelige si ab eo fuit cognita. alias secus ut ibi.nam ꝛ vsus loquendi tc̃.iam in penalibus attendenda est.ut notatur in.c.ex litteris.ō spon.ꝛ dixi in.c.i.supra titulo proximo.

J diligenti.et infra.

Clericus non potest sibi constituere iudicem laicam etiam si propium iuramentum ꝛ aduersarij consensus accedat hoc dicit pars huius descriptionis diuiditur in tres partes.In prima ponitur falsa opinio archiepi pysani.In secunda ipius impugnatio ibi immemor.In tertia conclusio ibi manifeste. Nota ibi tenuisse tc̃ pro cõmuni vsu loquendi.dum quotidie dicimus talis glo.talis docto.tenet hanc opinionem sed rectior modus loquendi esset ut hic sentit pe.talis est in tali opi. Nõ secũdo q̃ nedũ in spiritualibus et ecclesiasticis sed etiam in temporalibus clericus conuenitẽdus est coram ecclesiastico ꝛ non coraz seculari.ꝛ dic in temporalibus id est in causis in quibus de temporalibus litigatur secundum pe.ꝛ gof. Ex hoc infero tex.procedere siue agatur actione personali siue reali.quod nota.facit pro his que dixi in.c. qualiters.ti.proximo. Nota tertio q̃ pactum priuatoruz non valet in preiudicium eorum que in publicum favorem statuta sunt, secus si sit pactum circa ea que statuta sunt in favorem priuatum ut in.l. paciſci.

t.l.iurgentium.§.si pacisear.ff.de pac.t j. de regula ad apostolicam. Et ex hoc et ex text.infero contra glo.in pca.C.de curi.li.x.t glo.in.c.ij.de consti.li.vi.que dicit q illud qō pōt fieri p pactū pōt fieri per statutum nā per pactū nō derogat iuri publico ut b. sed per statutum sic nisi sit de reseruatis principi vel contra bonos mores.ut nō.bar.in.l.omnes populi ff.de iusti.t iure. Nota quarto q priuati dicūtur singulares persone.sic enim capitur hic alias enī dicitur priuatus qui nō est in dignitate pticij.q.i. qui contra pacem fm doc.nam etiam in dignitate constituti non possunt pacisci ut litigent coram seculari vt hic. Nota q iuri principaliter introducto in fauorem publicum non potest priuata persona renūciare. licet consequenter concernat vtilitatem t honorē priuatum nec talis renūciatio iuuatur iuramēto .nam renunciatio causatur ad abdicandum ius qō est in ipso renunciante t non penes aliū.ar.in.l.id quod nostr ff.de reg.iur.t in.c.ab eo.de de. li.vi. secus quando commodū concernit singulos ut in.c.dilecti j. eo. Quid autem si primarie concernit cōmodū priuatuz t secundario publicum dic ut nō.in.c.cum contingat j. de iureiuran.t i.l.i.ff.so.ma. Nota q iuramē tum prestitum contra legem editam in fauorem publicam non obligat iurantem t hoc ideo qr iuramētuz non ligat ad illicita.in.c.quanto.j. de iureiuran. t veniens contra legem peccat in.c.ij.de maiori.t obed.

Nota q iudicia secularia dicunt publica.t dicunt publica qr sunt cōmunia.ut sentit hic Hosti. Nō q per hec verba a cōmunione habeant alieni nō promulgatur excōmunicationis sententia.sed mandatur seri. Nota vltimo penā clericis trahentis clericū coram iudice seculari.nam in criminali debet deponi Zin ciuili vero debet perdere cām.t hoc vltimū intelligo quādo traxit aliū cōclericū.secus si ēpm proprium.quia tunc debet perdere beneficia quantūcūqz sit causa ciuilis.ad hoc.c.grauem.de excess.preda.vel dic melius q actor debet perdere cām t a cōmunīōe repelli ut i.c.inolita.xi.q.i.quod allegatur hic i pn. fallit in casu .c.grauem. Reus vero voluntarius deponitur in criminali.in ciuili vero debet perdere qō euicit si non vult deponi debet ergo haberi pro condemnato.ar.l.in criminali.C.de iurisd.om.iudi. t sentit glo.in.c.inolita.t in.c.placuit.t quod dixi de reo probatur in.d.c.placuit.t hoc vbi allegat illud concilii t incipit ibi cā episcopi.rē. Quid aūt si laic trahat clericū ad forum seculare dicunt doc. q etiam debet perdere causam.t probatur per auc.statuimus C.de epi.t de.cuius verba ponit hic Joh.an.t sunt vtilia pro simplici canonista.t sunt hec statuimus ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel ciuili trahere ad iudicium seculare presumat cō tra constitutiones imperiales t canonicas sanctiones si fecerit hoc actor;quippe de iure suo cadat. iudicatū non teneat.t iudex sit ex tunc potestate iudicandi priuatus sanximus etiam vt si quis clericis vel ecclesiasticis personis iusticiam denegare presumpserit tertio requisitus iurisdictionem amittat.t putat Bull. hanc penam locum habere in eo qui trahit clericum coniugatum gaudentem priuilegio ut notatur in spe. de compe.iudi.adi.§.i.v.sed nunquid t.v.se.t quā do hoc priuilegio fori gaudeat coniugatus est hodie declaratum in.c.pno de de.coniuga.li.vi. Venio ad glo.primam que in principio sui textus coadinuat.secundo op.t videtur q iuri publico quis posset renunciare.ut.l.pacisci.ff.de pac.vbi patet q licet iura dent facultatem agendi pro animali morboso. tamen partes possunt pacisci ne agant.ad idem.l.pactum.inter heredes.co.ti.t.ff.de fēī.l.i. t.l. si iudex. ff.de mino.cum similibus.glo.sol.faciendo tria mēbra q quandoq; ius est introductum in meum fauorem alicuius.t tunc iste in cuius fauorem agitur pōt illi iuri renunciare ut in prealle.l.pacisci ponit simile in velleyano.nam mulieribus concessum est ut nō obligentur ex fideiussione huic iuri possunt renunciare. ff.ad velley.l.vlti.§.penul. Quandoq; priuilegiū est pcessum in fauorem quorundā pro publica vilitate ipsorū et in odium alioz et tali priuilegio nemo pōt renunciare. tale est illud de quo hic agitur.quia introductum non tam in fauorem clericoz qz in odium laicorum qui clericis sunt valde infesti.adducit simile in macedoniano .nam concessum est filijsfamilias priuilegium vt non obligentur creditoribus suis ratione mutui.et hoc in fauorem parentum.et in odium creditorum .quia sepe filij conuenti p creditores inducebantur ad necem parentum huic priuilegio filius renunciare non potest.ff.ad macedo.l.sed et si pater.in fi.ponit etiam glo.aliud simile in beneficijs restitutis in integrum quod est introductum tam in fauorem qz in odium allegat in contrarium.l.si iudex.ff.ō mino.

Tertium menbrum potest colligi ex principio gl. q iuri introducto in fauorem publicum priuata persona renunciare non potest.licet consequenter tendat in eius fauorem et iste est ppius casus.c.nostri vt satis dicitur ex tex.hoc enim priuilegium non est introductum in odium laicorum sed in fauorem ordinis clericalis .licet aliud posset dici in priuilegio canonis si quis suadente xvij.q.iij.et hoc casu posset procedere scōm membū .s.positum p glo. Assignat tamē glo. alias ratōes quare clericus nō pōt psentire in alienū iudicē t ē clara.sz ad verificationē dictoz pcedātū multa sunt vidēda.et prio an et qñ lz iuri publico seu iuri superioris renūciare.ō quo hic p doc.nōs satis pfuse

per bar.in.l.ius publicũ.ff.de pac.t plenius.in.l.si quis in scribendo.C.e.t p gl.nõ.t satis plenã que ẽ melior qualibet alia in hac materia in auc̃.ut iunc.p bibitione.§.q; vero t sequẽdo magis bart.qui videt loqui clarius reliquis dic q; aut ẽ ius naturale.aut positiuũ.primo cãu non põt renunciari.ut.l.ius sanguinis.ff.de reg.iur.t.ff.de pac.l.ius agnatiõis.t hoc quia iura naturalia sunt immutabilia.v.di.in princi. Idem dic de iure diuino.de quo tamen distingue et prosequere.ut legitur t notatur.vi.di.§.ex his t i.c. fi.de consue.potest tamen quis renunciari iuri quesito per ius gentium quod largo modo dicitur ius naturale quali naturali ratione introductum .nam põt quis renunciare dominio rei sue.ut.l.si quis.§.differentia.ff.de acqui.pos.t in.c.super hoc de renun. cũ ibi notatis.sic t hereditatis paterne.C.de repu.hẽ. per totum quicquid debeatur ex quodam nature instinctu.ut notatur in regula indultum.de reg.iu.li.vi quod limita vt notatur in.c.ij.de pac.li.vi.t in.l.si. C.e. Secundo casu principali quando est ius positiuum.aut est ius quod statuit certam formam i actibus hominum introducendo.aut alio modo disponit.primo casu pone exemplum lex disponit q; testamentum fiat cum certo numero testiũ.vel q; pactum t stipulationes certo modo fiant.t huic iuri non potest renunciari.ut.ff.dele.i.nemo potest.t.ff.de pac. l.cõtra iura.facit.c.cum esses.t quod ibi nõ.de testa. t in.c.quia propter.de electio. Secundo cãu quãdo ius non permit solennitatẽ sed alio modo disposuit.aut ẽ ius publicũ.i.permẽs publicam vtilitatẽ t ei ñ põt q; renũciare.l.ius publicũ.ff.de pac.t hic in tex.nã vt clerici sint attenti omnes ad diuina.t ut liberiores possint pro peccatis populoz intercedere nõ debent aduocari coram ius seculare.Aut est ius priuatuz id est cõcernẽs vtilitatẽ priuatam t tunc quandoq; illud ius continet vtilitem priuatam renunciantis t publicam simul.quandoq; continet vtilitatẽ renunciantis t cuiusdam alteri? priuati tertij.quandoq; pertinet vtilitatẽ renũciantis tñ primo cãu si vtilitas priuata potest separi a publica valet renũciatio quantum ad priuatã vtilitatẽ.quantum ad publicam non ut notatur in.l.iuris gentiũ.§.si paciscar.ff.de pac. optime facit tex.cum ibi nõ.in.c.cum venissent.de insti.si non potest separi renũciatio nõ valet ut.l. de die.ff.de pac. dota iuncta.l.i.ff.so.ma.t q; nõ.in.d.c. cum venissent.t in.c.sicut.de iure iur.Secũdo cãu quando cõtinet vtilitatẽ renunciantis t tertij priuati.t tunc idẽ ut in precedenti membro.quia siquidem possunt separari valet quantum ad preiudiciuz tertij ut.C.res inter alios acta.per totũ t in.c. ad apostolicam.de regu.t.l.i.C.de communi re.alie.sed si non potest separari nõ valet renunciatio.ff.de li.cã.l.i.ij.iij.t. iiij

facit qõ nõ in.c.ij.de iureiur.t in.c.cum venissent.de insti. Tertio casu quando continet vtilitatem priuatã tantum.tunc quandoq; illud ius est introductum principaliter in fauorem renunciantis. quandoq; est introductum principaliter in odium alterius.t secundario redundat in fauorem renunciantis. primo casu siquidem iste fauor est inductus propter renunciantis imbecillitatem t tunc renũciatio non valet ut nõ.ff.de mino.l.si index circũuento.facit.l.si mulier.C.ad vel ley.t.ff.de noua.l.doli.§.diuersum. Si vero est inductum aliter q; propter eius imbecillitatem.tunc siquidem talis renunciatio esset contra bonos mores vel induceret aliquem ad delinquendum t non valet ut i.l. alia.§.deganter.ff.solu.ma.t.ff.de pac. do.l. conuenire.sed si non esset contra bonos mores vel non induceret. quem ad delinquendum. t tunc renunciatõ valet ut in.c.ad apostolicam .de regu. t.l.si quis in conscribendo.C.de pac. Secundo casu quando illud ius principaliter est inductum in odium alteri? tunc siquidem renunciatio est causa quare illud odiũ cessat t valebit renunciatio ut.l.fi.C.ad macedo .alias non valeret ut.l.tametsi.ad macedo.Et ex predictis possunt decidi quatuor casus quos hic excipit Cal.in quibus dicit quem non posse renunciare iuri pro se introducto. Primus.C.de pac.pig.l.vl.t est ratio ibi propter auariciam creditorum.Secund'.ff. de transac.l.cum hi.propter fauorem alimentorum i vltima voluntate.Tertius.ff.de preca.l.cum pcario t.ff. de preca.c.vlti.quia non valet pactum contra naturam contractus.Quartus.ff.communi di.l.i hoc iudicio.§.si conuenerit.Ratio quia communio solet generare discordiam.l.cum pater.§.dulcissimis .ff. de le.ij.t de sen.ex.c.ex tenore Ideo non valet pactũ ne separaretur societas.per hoc etiam decidit notabile dictum glo.in prealleg.auc̃.ut sine prohi.ma.q; dictum sequuntur etiam doct.hic q; non valet pactũ quod faciunt debitores creditoribus de solutione nõ probanda nisi per instrumentum cum actus testificãdi sit communis.in.auc̃.de testi.in princi. nec debet angustari sed potius dilatari.C.de iureiuran.l.generaliter.nec ad vnam speciem artari.ff.de testi.l.iij.secundo tangit glo.an mulier possit renunciare velleya no.t concludit q; sic. quia illud priuilegiũ est introductum in merum fauorem mulierum.t idem tenet glo. in.l.i.ff.eo.t vide bonam glo.in.l.generaliter.C.eo. vbi ponit casus speciales in quibus mulier potest se pro alijs debitis obligare. sed Jac. de ra. Ide. et Cy.tenent contrarium.ut.l.si quis in conscribendo. C.de epis.t de.dicentes non valere hanc renunciationem etiam si mulier fuerit de suo priuilegio certiorata.quia hoc priuilegium fuit concessum mulieri ob sui facilitatem. vnde eadem facilitate induceretur.

ad renuncíandū qua íducít ad se obligandū. Et idē
sentit bar. ut patet ex dictis in precedenti distinctiōe
sed in. l. generaliter. C. ad velley. latius z specialius
attingens hunc articulū dissignit qz aut mulier se ob
ligat pro marito z tunc ipo iure nō tenet. ut in auē. si
qua mulier. C. ad velley. vnde renūciatio velley ꝫ ca
su nihil operatur aut intercedit p alio z tunc aut sine
scriptis z sine subscriptione trium testium z ipo iure
non tenet z renūciatio velley nihil opatur. ut. l. antiq̄
§. fi. C. e. si vero intercedit in scriptis z cū solēnitate.
de qua in. d. l. antique. tunc aut renunciauit velleya-
no in causa in qua ipo iure necessario obligatur. z va
let renūciatio ut in auē. matri. z auie. C. quādo muli-
er. off. tu. aut alias renūciauit z sic in cā non privile-
giata z tunc si hec renūciatio fit in iudicio z valet ut. l
fi. §. pe. ff. ad velley. aut fit extra iudiciuz z tunc siqui
dem post biennīū z valet ut. l. si mulier. C. e. aut itra
biennīū z non valet. quia eadem fragilitate qua obli
gatur eadem fragilitate renūciat velleyano. ut in ꝑall'
l. si mulier. sicut in simili dicimus in renūciatione be-
neficij restitutionis in integrum ut notatur. C. de in
inte. resti. l. si finita. z. l. si index circūuento. ff. de mi-
no. hoc intellige quādo mulier fuit certiorata de pri
vilegio sibi cōpetenti alias renūciatio nō valet. quia
non intelligitur renūciare ei quod ignorat ut nō. in. l
vlti. ad velley. z per glo. z bar. in. l. sciendū. ff. de. ỹ.
ob. facit. l. tres fratres. ff. de pac. z. l. si soror. C. de
col. z. c. placuit. xxxiij. di. z. c. gratia. de rescrip. li. vi.
nec ꝑsumitur certiorata. qz ista solennitas intrinseca ñ
ꝑsumitur ut nō. in iuribus ꝑall. z per Inn. in. c. inno
tuit de eo qui fur or. recepit. facit. l. quecunqz. ff. ꝺ pu
blici. z qō nō. archi. in. c. ij. de pac. li. vi. z qō tz do.
an. hic. z sentit Jo. an. hic qui dicit ꝓ sulendo ad has
opi. vitandas que sunt sup validitate renūciatiōis ut
mulieres inducant ad iurandum. j. de iureiuran. c. cū
contingat cum suis concor. z sic vigore iuramenti va
lebit hec renunciatio seu fideiussio imo plus dic̄ bar.
in prealle. l. sciendum. ff. de ỹ. ob. qz iuramentuz facit
presumptionem qz mulier venerit deliberata z certio-
rata ad renūciationis actum. vnde quando intervenit
iuramentum non exigitur alia certioratio. quod etiaz
tenet do. an. hic z archi. in prealle. c. ij. de pac. li. vi.
pro hoc quia iuramentum habet vim clausule si non
valet quod ago ut ago. valeat ut valere potest. ut. l.
cum pater. §. filius matrem. ff. de de. ij. z j. de iureiur.
venientes. z. c. ad nostram. z vide quod nō. Cy. in. l.
ij. C. de rescin. ven. z Jo. an. in. c. ij. de emp. z ven.

Tertio tangit glo. qz beneficio macedoniano non
potest renunciari quia exceptio hic est fundata super
odio tertij. dic ut colligitur ex precedenti distinctione
Et an possit hec renunciatio iuramento firmari vide
per bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideius. tangam in. c
cum contingat. j. de iureiuran. Et videbo. gl. in. l. ꝺ.
C. ad macedo. que dicit filium nō posse hunc bñficio
renunciare. quia non est introductum principaliter in
favorem parentū sed in odiū creditoris ut. l. i. ff. eo. ꝺ
dicit ista glo. singulariter qz potest ex posifacto etiaz
cum privilegio filij illud mutuū ratificare quare prin
cipalius illud fuit introductum favore parentū. z illi
glo. sequitur ibi Cy. Si autem a principio pater con
sensit res non habet dubium quia totum attribuitur
patri ut in. l. sed z si pater. §. non solum. ff. ad mace.

Quarto dicit glo. qz beneficio restitutionis in inte
grum renūciari non potest. quia tam in favorem mi-
noris qꝫ in odium contrahentium secum. hoc est in-
troductum. puto meliorem rationem esse qz hoc est
introductū propter imbecillitatem ipius minoris qꝫ
nō pōt renūciare quia eadem imbecillitate induceret
ad renunciandum qua ad contrahendum ut supra di
xi in muliere z facit qō nōt. Cy. in. l. si quis in cōsi
liando. C. de epi. z cle. z de materia dicit nō. in. l. si
intra. C. de in inte. resti. z in. l. circūuento. ff. de mio.
z per spe. in ti. de rest. in inte. §. qualiter. ỹ. sed nūqd
z tangit aliquid Jo. an. hic z cōiter tenetur qz existens
minor nō pōt renūciare huic beneficio rōne predicta
sed factus maior pōt ut. d. l. si intra nō ob. l. si index.
quia ut dicitur hic Jo. an. ibi renūciat ipo facto nolē
do uti beneficio sibi cōcesso non aūt potest tollere ei
potestatem petendi hanc restitutionē nunquid aūt
ecclēia possit renūciare huic beneficio. Spe. in. d. §
ỹ. sed nunquid ecclesia refert vin. tenere in. c. tuz ex lit
teris de in inte. resti. qz sic z hoc etiā videt sequi spe. ꝺ
hoc non puto verum maxime quando prelatus sol-
renunciauit etiam si iurauit ad hoc glo. nō. in. c. i. de
in inte. resti. li. vi. in verbo contractum. z. c. intellecto.
z. c. sicut nostris. de iureiuran. Glo. ij. principali-
ter in verbo laicus querit an laici possint cōsentire in
alienū iudicem z respondet qz sic in cimili non in cri
li. C. de iurisd. o. iu. l. in criminali. Jn quantū gl. dicit
in cimili limita nisi sit subiectus laic⁹ ratione feudi vel
sit tributarius ita qz sit subiectus alia ratione qꝫ ratio
ne mere iurisdictionis. nam tunc non potest sicut nec
clericus ut nō. bar. in. l. i. §. z post operis. ff. de no-
ope. nun. z in. l. i. ff. de iudi. facit. c. ex transmissa. e.
eo. z dixi in. c. ceterum. e. ti. prox. Jn quantum glo.
dicit secus in criminali. idem tenet in. c. inolita. xi. q.
i. sed accur. forte sub dubio tenet contrariuz dumno
do index cuius iurisdictio prorogatur habet merum
imperium ut nō. in. l. i. C. de iurisdic. om. iudi. in gl.
fi. z hoc per. l. i. C. ubi de cri. agi. opor. z idem tenet
fran. ut refert hic Jo. an. in. c. significasti. de hoc etiā
nō. in. l. i. ff. de iudi. z in spe. de ꝓpe. iudi. adi. §. l. ỹ
nunqd z per doc. in. c. p. z. g. de off. de. z p. Inno.
in. c. de causis. eo. ti. ubi idē videt tenere z idem gl. in
l. iter cōuenientes. ff. ad munici. z idē ibi bar. non uiz

põt fieri ꝓrogatio ad ſpãm oino diuerſaz vñ t ibi dicãt de mixto ad merꝝ nõ fit ꝓrogatio. ꝙ de mero ad merꝝ t õ mixto ad mixtũ. Nã ſi iudex ñ hz ex ſe ſilez iuriſdictionẽ nõ diceret ꝓrogatio ſed potꝰ noue iuriſ dictionis collatio. nã prorogare ẽ extẽdere t qõ nõ ẽ non põt extendi vt in. c. p. t. g. de off. dele. t in. l. pri uatoꝝ. C. de iuriſ. om. iudi. t hoc cõiter tenet ut nõt. Ly. in palle. c. i. t Jo. an. in addi. ſpe. in palle. loco fa cit qõ nõ. in ſili in. c. i. j. de mu. pe. Et aduerte ad nõ. dictũ Jo. an. in loco preall. poſt guil. de ſuza. i. l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſ. om. iudi. qꝝ hz põ ꝓroget iuriſ dictionẽ in crimínali in cãu põdicto nõ tñ impedit ſuꝰ iudex quin poſſit ex officio inquirere in calibꝰ i quibꝰ ꝑmittitur inquiſitio/qz ꝑ factũ ꝑtis nõ dz ipediri of ficiũ iudicis ar. de priui. c. ex pte. ij. t melꝰ in. c. i. t in c. crimina. j. de collu. t pro hoc dicto optie facit qõ nõ. bar. in. l. inter. §. recte. ff. de fur. vbi vide. Ter tio glo. ꝓncipaliter q̃rit nũqd clericus ſaltẽ poſſit in laicũ ꝓmittere hz i eũ tã q̃ iꝰ iudicẽ ꝓſentire nõ poſ ſit t ñdet qꝙ ſic. etiã ꝑter ꝓſciam ſui ep̃i. hoc intellige in rebus ꝓpꝛijs. t hoc qz arbiter nõ hz iuriſdictionez ſed dicto ſuo ſtatur metu pene. s. de arbi. c. dilecti. t c. per tuas. t. C. e. ti. i. an aũt ſup rebus eccleſie poſ ſit clericus cõpromittere vel trãſigere ſine licẽtia ep̃i dic ut nõ. in. c. contingit de tranſac. t in. c. ij. t in. c. cum tpe de arbi. Quero cũ glo. in. vbo. ꝑtrahant quando dicit clericꝰ ꝑtrahi ad iudiciũ ſeculare, ñdet quando trahitur inuitus. t iõ dicit ſpe. in ti. de cõpe. iudi. adi. §. i. v. ſed t q̃. qꝙ appareat. q̃z inuitus ſit tra ctus dz ꝓteſtari ſe clericũ t nõ dz coꝛã illo reſpõdere t ſi iudex p̃cipit ut ñdeat tunc ꝓteſtet ſe hoc facere in ribus p̃fecture. i. metu ipius iudicis. hoc etiã vult hic Jo. an. t puto hoc ꝓſiliũ vile ad hoc ut ipe reus non puniat t ut poſſit habere cõmodũ pene. naz quo ad hoc ut ꝑ iudicẽ infligat pena litigatori nõ eſt vis an inuitus an ſponte clericus ibi litiget. cũ etiã ſponte b non poſſit vt ptz in littera. t pro b qꝙ j. ſubijciam in glo. perdant. Bl. i vbo pdãt format duas queſti ones. prio querit an iſti debeant pdere cãm ipo iure an per ſniam. t remanet qꝙ ꝑ ſniam. t hoc cõiter tene tur alle. Jo. an. in ar. l. i. C. de aſſeſ. tol. t. C. ō bere. l. quicunq; ante finẽ. t facit nõ. ꝑ glo. in regula i pe nis. de re. iu. li. vi. t in gnẽ habita. C. ne fi. pro pa. et in. l. in crimínali. C. de iuriſ. om. iu. t pro hoc qz vbi pena imponit per verba in futuꝝ ſonantia nõ infligit ipo iure ut nõ. glo. in. c. quiſquis. de de. t in dicta re gula in penis. t qz circa hanc materiã reperiunt varie glo. iõ breuiter diſtingue pꝰ do. an. qꝙ quandoq; lex promulgatur per ꝓncipium ꝑteriti tpis t regulariter eſt late ſnie. de de. capientes. §. ceterum. t ibi glo. in verbo ſuſpenſos. facit. c. ij. de teſt. cogen. vide glo. nõ in. c. quicũq; de here. li. vi. que dicit qꝙ per iſta verba ſit nodatus ferur excommunicatio incõtinenti. Idẽ ſentit glo. iuris ciuilis. in. l. in crimínali. C. de iur. o. iudi. arca iſta verba ſit mulctatus t hoc verũ niſi alio iure appareat qꝙ ſunt ferende ſententie. t ſic intellige quod nõ. in. c. ij. ō. eo. vbi dixi. quandoq; verba non proferunt in preteritum. tunc ſi ſunt verba declarato ria eſt canon late ſententie. ut ſi dicat decernimus iuri bus carere. pro hoc tex. t glo. in. c. nouit. de bis que fi. a prela. Si vero ſunt verba diſpoſitiua tũc ſi so nant in futurum t reſpiciunt actum iudicis vt primek excommunicetur puniatur cãm perdat t ſimilia t in dubio eſt ferende ſententie niſi addatur aliquod vbũ per quod appareat qꝙ ſit late ſententie ut ipo facto vel coipo tẽ. vide bo. glo. in dicta regula i penis ad hoc textus cum glo. in. c. ſi religioſus de de. li. vi. t in. d. c. quicunq; de here. li. vi. t de hoc verbo ſubijciat ex communicationi qꝙ nõ requiratur alia ſententia. vide bo. glo. in. c. vno de iureiur. li. vi. in glo. ſi. non enim vi detur de ſui natura requirere alium actum iudicis hz ſonet in futurum. ad idem in. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iij. t ſic limita nõ. in dicta regula in penis. t idem dic vbi dicit qꝙ verba imponentia penam non reſpici unt actum iudicialem ut cadat a iure ſuo. tunc ei nõ requirit aliqua ſententia ut nõ. bal. in. l. ij. C. de iure emphite. Secundo glo. ꝓncipaliter querit p̃ſup poſito qꝙ hec pena veniat per ſententiam imponendã quando committitur glo. per diuerſa iura primo ar guit qꝙ committitur coipo qꝙ vocatur reus ad iudiciũ ſecundo qꝙ ſit locus penitentie ante lit. conte. tertio qꝙ licitum ſit penitere vſq; ad ſniam tandem ponit opi. bug. qꝙ non ſit locus penitentie ſed hoc dicit glo. pro cedere de rigore ſed de equitate poteſt penitere vſq; ad lit. conte. ſaluo cãu. c. grauem. de excꝰ. prela. vbi punitur ex ſolo tactu. t hoc quia delictuz erat ibi gra uius quia contra epiſcopum proꝓrium commiſſum. Oſtien. tenet cum hugo. Jo. an. dicit poſſe diſtingui inter eum qui aſſumpſit pertinaciam cauſe. licet non dum lis ſit conteſtata t eum qui per pertinaciam nõ aſſumpſit quaſi velit qꝙ primo caſu non expectatur li tis conteſt. ſecundo ſic t quando dicitur pertinaciam aſſumere reliquit arbitrio boni viri. ſimile nõ. in. c. de multa de preben. t qõ nõ. per glo. in auẽ. habita. C. ne fi. pro pa. t ꝑ hac opi. Jo. an. facit dictio ꝑ poſita in tex. que auget ad b. l. vrbana. §. ꝓnoctare. ff. de. vbo. ſig. t quod nõ. in. c. ſi conſtiterit. de accu. Itẽ qõ iſta glo. tenet glo. t archy. in. c. inolita. xi. q. i. glo. in l. in crimínali. C. de iuriſ. om. iudi. tenet qꝙ licitum ẽ deſiſtere vſq; ad ſniam t idem videtur diſponere ille tex. quod iſte loquitur ei in terminis huius. c. t idez tenet bar. ibi dicẽs qꝙ in iſtis penis legalibus licitum eſt deſiſtere vſq; ad ſententiam per. l. qui cum maior §. accuſaſſe. C. de bo. li. t per. l. in ſeruitutẽ. §. petiſſe eo. titu. t idem tenet Butri. in dicta. l. in crimínali. t hoc mihi placet t optime videt ꝓbari ꝑ dictis legiꝰ

vbi pena impoſita ex accuſatione vel petitione non
committitur niſi detur perſeuerantia vſq; ad ſniaz ſe
cus dic quando hec verba proferentur ab homine et
non a lege ut quis obliganit ſe ſub certa pena ſi accu
ſaret vel ſi peteret vel ſi ꝓtroverſiã vel queſtionẽ mo
ueret de quibus taceo qz nõ faciunt ad ꝓpoſitũ ꝛ ma
teria ẽ longa. vide eleganter p bar. in. l. amplius hoc
ff. rem ra. ba. ꝛ intellige qõ. s. dixi q licet deſiſtere
vſq; ad ſniam ſiue iſta ſit diffinitiua ſiue dẽat i iſto ar
ticulo vim diffinitiue vtputo oppoſita exceptione de i
cõpetentia fori iudex pnunciauit ſe iudicẽ cõpetentez
hec eni ſnia ſufficit ad hanc penã cõmittendã alꝫ eẽt
abſurdũ qz feciſſet q̃ſtum in eo fuiſſet vt penã euade
ret nec ẽ amplius locꝰ penitẽtie. facit qõ nõ. gl. i auẽ.
habita. C. ne fi. pro pa. ꝛ hoc etiã vult bartho. in pre
allegata. l. in criminali qõ nõ. Sed qz. s. cõcluſũ
eſt q per ſniam debet perdere cãm quero de mõ pra
ticandi. So. ex dictis gl. ꝛ bar. in. d. l. in criminali.
poteſt colligi duplex practica prima ut in eadem in
ſtantia petatur vt mulctet amiſſione cãe. nam licet iu
dex non habet iuriſdictionem ſuper principali. habz
tamẽ ſup iſta pena imponenda ar. optimũ in de. i. de
reſcrip. ꝛ qõ nõ. glo. in. c. fi. de reſcript. Secunda
practica ẽ q inchoetur poſtea nouum iudicium ꝛ aga
tur conditione ex iſtis iuribus ar. i. l. vna ꝛ qõ ibi nõ
ff. de cõdi. ex. l. ꝛ poterit agi etiã ad penã coram iudice
eccleſiaſtico ut nõ. ſpe. in ti. de cõpe. iudi. adi. §. i. ꝑ.
ſed qñ. Tertia practica põt colligi ex dictis ſpe. i
loco prealle. vt poſſit ſe reus defendere p viam excep
tionis ut ſi actor agat poſtmodũ coram iudice cõpeten
ti poſſit reus excipe tu me olim coraz iudice ſeculari
traxiſti ideo cum amittere debes. iõ peto te cõdẽnari
ꝛ me abſolui ſup hoc qõ a me petis. ꝛ tunc feret ſnia

Quarta practica põt colligi ex dictis fredꝰ. de ſe.
ꝓſilio. xlvij. vt ſtet in meris terminis exceptionis di
cendo nõ teneor tibi rñdere ſup hac cã. quia olim tra
xiſti me ad examen vetitum ꝓpter qõ debes perdere
cãm ꝛ hoc etiã in ſili glo. penul. in. c. paſtoralis de cã
poſ. ꝛ proprie. ꝛ põt ſuſtentari per regulaz cui dam
actionẽ. ff. de re. iu. ꝛ eo. ti. c. quid agendũ li. vi. ꝛ vide
pulchre per Jnn. in ſimili in. c. inter dilectos. de ex
ceſ. prela. nam exceptio ꝛ actio hoc caſu ad eundẽ ef
fectum tendũt ꝛ iõ ſi cõpetit actio ad faciendũ priva
ri ergo ꝛ exceptio ad cõſeruationẽ rei ut nõ. ibi Jnn.
tutius tamẽ puto etiã petere priuationem. Quero
cũ glo. in verbo a cõmuniõe quid important iſta ver
ba a cõmunione habeant extranei. Rñdeo dupliciter
primo qz in penã remouebunt a ſacris ad tempꝰ. ſe
cundo poteſt intelligi q priuabunt officio ꝛ beneficõ
ſed hec vltima ſo. non placet glo. nec docto. quia eſt
nimis rigida ꝛ videtur contra litteram que i ciuili ſal
uat beneficia ſi vult perdere quod eiicit. ideo tene pri
mam. Ex qua nota q etiam ab homine põt ferri
excommunicatio minor licet non ſit in vſu. naz prima
re quem a ſacramentis non eſt aliud q̃ ferre excom
municationem minorem ut in. c. a nobis de exce. ꝛ in
c. ſi celebrat. de cle. ex. mi. vel intellige ꝛ tertio secun
dum Jo. an. ꝛ Hoſti. q debet ſeparari cõmunione ſcz
hominum. per excommunicationis ſententiam quo
uſq; ſatiſfecerit non ſolum tracto ſed etiam eccle cui
iniuriam irrogauit. s. eo. c. ij. Oppo. cum glo. in
verbo voluerit. videtur enim hec littera velle q etiam
reus conuentus coram ſeculari debeat puniri. vide
ob. c. at ſi clerici. s. de iudi. ſoluit ꝛ bene q hoc. c. pro
cedit quando reus ſponte hoc elegit ibi quando inui
tus fuit tractus. ꝛ ideo ſis cautus ut reus i principio
proteſtetur q non intendit litigare coram non ſuo iu
dice. Quero cum glo. in verbo ſi pro eis. dic text.
q etiam ſi pro clericis ſit lata ſententia ꝛc. quid ſi ſen
tentia ſit lata contra eos. reſpondet q ſententia nõ va
let tanꝫ lata a non ſuo iudice ſed in odium eoruz ſe
habitur illa ſententia. Hoſti. dicit q ſiue pro eis ſiue
contra lata ſit ſententia non valet. ſed vtroq; eiu pati
entur penam in tex. contentam. ꝛ hoc voluit tex. cuz
dicit etiam ſi pro eis quaſi dicat multo fortius ſi con
tra eos. dicit tamen q eo caſu quo fertur contra eos
coguntur tantum de ſuo dare ac ſi valeret ſententia ſi
penam depoſitionis euitare voluerit. nam ſi eiuncant
illud perdunt ſi volunt euitare penam ſequitur q vbi
ſuccubuunt tantundem perdere debent. ſi locum tuum
ꝛc. vult Hoſtien. dicere q in criminali debent iſti de
poni etiam ſi pro eis ſit lata ſententia. In ciuili vero
ſi volunt euitare hanc penam debent perdere quod
eiuncant. ſed ſi ſuccubuerunt vt aliquid perdant. de
bent dare tantundem de ſuo ut euitent penam depoſi
tionis. hoc vltimum mihi non placet quia ſiue ſenté
tia ſit lata pro eis ſiue contra eos non tenet. quia a nõ
ſuo iudice. ꝛ ideo ſufficit q in penam perdant illam
cauſam ꝛ ſatis perdunt. licet habuerint ſententiã con
tra ſe. cum iſta non valuerit ꝛ puto breuiter q intelle
ctus huius. c. ſit iſte q aut reus traxit actorem in cri
minali cauſa ꝛ tunc indiſtincte debet deponi. ſiue ſen
tentia ſit lata pro eo. ſiue contra eum vt probatur in
textu. ex illa implicatiua etiam ꝛ puto q hoc cãu re
manebit cauſa in priori eſſe. quia iſta ſententia pro vl
contra valuit. nec debet puniri in amiſſione cauſe. q
non debet duplici pena conteri. ar. c. at ſi clerici. de iu
di. quod etiam ſentit hic. Cal. ꝛ ſatis hoc voluit litte
ra. dum hanc penam amiſſionis cauſe tantum infli
gat in cauſa ciuili. ꝛ tunc debet perdere cauſam. ſiue
euicerit ſiue ſuccubuerit. nam vtroq; caſu punitur. q
ſententia prius lata non tenuerat. ꝛ pro hoc. l. in cri
mi. que dicit q reus debet pro condemnato haberi ſz
dic q idem in effectu videtur voluiſſe Hoſtien. ſolum

enim de suo illã ꝓdemnationẽ licet cõdẽnatio ꝓnon va
luerit. Quero cũ glo.i verbo ꝓdant. ꝺd fiet de eo
qꝺ ꝓditur in hoc iudicio i penã.rñdet ꝙ si reus fuit i
culpa,tunc ꝺz ꝓdere rẽ quã euicit.i.sup qua fuit abso-
lutus ꝛ dabit actori cui facta ẽ iniuria ꝛ nõ fuit in cul
pa.ꝛ si diceres cũ actor,puocauerit ad iudiciũ ventuꝝ
qũo põt esse extra culpam.rñdet ponendo exẽplũ ꝙ
reus erat ita potẽs ꝙ nõ paꝛebat se conuenir coram
alio iudice ꝛ actor eũ metuebãt vnde timore ꝓpulsus
puenit eum coꝛã seculari inuitus ꝛ coactus vel pone
alia exempla que ponũt Bar.ꝛ Ly.in.l.in criminali
ꝙ reus intentabat ꝓditionẽ.l.diffamari.C.de inge.ꝛ
ma.ꝛ actor cogitur agere ꝓtra eũ vel petijt vt sibi sta
tueꝛet terminus ad agendũ.ff.de accu. cũ si.ꝛ sic tñ
reus fuit in culpa ideo actori adiudicat illa res ꝙ fuit
iniuriatus. Si vero actor fuit in culpa ꝛ non reus
tunc actor debet perdere qꝺ euicit ꝛ datur reo. si vter
qꝫ fuit in culpa debet res dari ecclie cui facta ẽ inin-
ria.ꝛ hoc verum sm glo.si res erat ipius clerici. si ve
ro erat ecclesie nõ punietur hac pena qꝛ delictũ perso
ne rẽ.ꝛ cum hac glo.cõiter transeunt doct. ꝛ vide ad
hoc qꝺ nõ.xvij.q.iij.quisquis.ꝛ in spe.de ꝓpe.iud.
adi.§.i.v.sed cui.ꝛ v.se.Conclusio quo ad si.gl.ego
puto ꝙ aut solus ꝓlatus litigabat de re.ecc.in iudi-
cio veniꝛo ꝛ puniet pena amissionis loci qꝛ hec pena
ꝓponitur etiã in ciuili nisi velit perdere qꝺ euicerit. ſz
si res erat ecclesie nõ põt illud velle.ꝛ sic remanet pri
ma pena ut statim dicã in se.glo.ꝛ hoc verꝫ nisi velit
tantundẽ de suo tradere ar.coꝛ que nõ.in. c. de mul
ta.j.de preben.ꝛ qꝺ dixi.s.post hosti.ꝛ idẽ põt dici
in actore trahente clericum sup reb' ecclesie coram iu
dice seculari.vide tamẽ qꝺ in fili nõ.xvi.q.vi. Si
vero ꝓlatus litigat cũ toto capitulo qꝛ delictum ꝓla
ti cõmunicato capitulo preiudicat ecclesie.ut nõ.in.c
ij.de or.cog.ꝛ in regula delictũ.de reg.iur.li.vi. tunc
habebit locũ hec pena de hoc tñ an delictum capitu
li ꝛ prelati noceat ecclesie.vide qꝺ dico in.c.i. de do.
ꝛ contu.ff videꝛ ꝙ indistincte debeat habere locũ hec
pena licet ꝓlatus solus litigauerit.qꝛ delictũ prelati
nocet ecclesie in iudicio ut nõ.glo.i regula delictum.
facit tex.in.c.cũ olim.de censi.põt dici ꝙ hec glo.p
cedit qñ iudicium nullo mõ tenuit. ꝛ pena ponit in
meꝫ odũ delinquẽtis glo.ꝓtraria,pcedit qñ iudiciũ
tenuit ꝛ aliquid ibi cõmissum ẽ tũc fauore iudicioꝝ
delictum ꝓlati ex quo hꝫ administrationẽ agendi pre
iudicat ecclesie. Quero cũ glo.in.v.si locũ.qꝛ lra
dicit ꝙ in ciuili debet pdere qꝺ euicerit si locũ malue
rit opinere rẽ.nũqd sit in optione ipius clerici an p
dat cim an locum.glo.rñdet ꝙ sic.qꝺ limitat dũmõ
actor fuerit in culpa.nã si non fuit in culpa cũ sibi de
beat hec pena applicari nõ põt reus eligere vt depo-
natur Jo.an.dicit hunc nõ habere optionẽz istã sed
credit ꝙ ista verba sint ꝓminatorie dicta quasi dicat
si contenderet habere qꝺ euicerit ꝺponi poterit. ꝛ sic
dicat intelligere Jo.ut colligit ex glo.lxxxviij.di.c. ij
in vlt.q.vbi dicit ꝙ dictio aut ponit cõmunatiue alle-
gat.c.placuit.xi.q.i.v.sunt hec verba.Jo. cal. dicit
ꝙ si cõtendit retinere qꝺ euicit debet deponi. hec est
enim noua culpa que meretꝫ penã hanc. ſ,ppter hoc
Onquerente. Laīus. Spoliat⁹ etiā a iudice iuris ordine prętermisso .ante omia restituat prima ponit q̄rēdā.scda ibi q; vero.precepti.tertia. ibi restitutione indias datio Nō primo tria requisita ad hoc q clericus licite possit ꝓuari beneficio suo. Primo enī requirit causa rōnabilis.Scdo q sit manifesta.i.notoria.ij.q.i.nos in quōq̄.nō enī creditur iudicū etiā ēpo.si dicat clericū criminosum.ꝑ optet q legittime ꝓbet.vi.q.ij.si tantū.t.c.placuit.Tertio q petatur iniuditio.seu iuris ordine seruato.t licet Jo an.videatur idistincte requirere istud tertiū ego tamē puto q ō sit regulare .sed ī multis fallit.vt puta data notorietate defectus iuris.nō enim tunc causa ē in iudicium deducenda .vt in.c. q̄n. de fi.pręf.t idē rōne nō residentie.vt in.c.ext ue ō de.nō resi.Notanter hoc vltimū Oldra.ipsiꝰ suis dixi in.c.nouit de his que fi.apla.ꝑ pōt hic capi inditiū,p iuris ordine et tunc regula non fallit.quia innotoriis est ordo iuris ordinem non seruare.de iureiurā.ad nostrā sed

primum dictum videtur verius vt hic ponat regula Quarto extra tex. requiritur q causa sit grauis proleui.cui non debet quis priuari beneficio suo ext.vj.q. vult inuentum.sed istud pōt ꝓprehendi sub causa rōnabili.quia nō pōt dici ratōnabilis hoc casu si nō est grauis vt d.c.inuentū Nō scdo q licet ꝑsumatur pro iudice cui ꝓcedit iudicialiter q iuste ꝓcesserit.secꝰ tñ si ꝓcessit extraiudicialiter in actu.qui solet iudicialiter exerceri.t ad hoc allegatur quotidie iste tex. et ij.dicam latius Nō ar.optimū t est quasi hic expressum q petens restōem beneficij nō tenetur iustificare possessionem extitulo.nec alio modo.sed sufficit,ꝓbare possessionē t spoliatōem.t de his papa dū taxat inquiri mandat.vt patet exclausula si ē ita. iuncto principio.c.t dixi ō.eo.c.in litteris .Nō bonum tex.q añ restōem nō debet discuti exceptio defectus ꝓprietatis etiam si opponatur a iudice spoliante.t optime facit,p bis que dixi in.c.precedēti. Ultimo nō casum inquo reus impetrat delegatū sup actōne mouenda p actorem.t hoc fit ex causa ne ille episcop⁹ sibi verisimiliter suspectus,ꝓcedat cōtra eū .facit insimili.c. iudicante. de.offi.dele. Ultimo tene mentī. tex.q cōtra iudicem iniuste spoliantē.pōt agi possessorio recuperande.sicut contra priuatū quod satis colligitur ex tex.t sentit glo.in v̄.percepē. Sed contra hoc et tex.oppo.de.c.pītium vij.q.i.et ibi bona glo.que expresse dicit spoliatū a iudice.nō posse a iudice petere restōem .et semp ad h̄ ꝑsensit illud.c.allegari.Jo.sentiunt hic goff.abb.Jo.an.t cōmuniter alij doct.q hoc procedit quando iudex processit iudicialiter .q;,p suo processu .tūc ꝑsumit⁹ secus si,p cessit extraiudicialiter.tūc enī,p eo nō ꝑsumit⁹. t ideo possessorio agi potest contra eum.t hoc videt esse de mente illius glo.qō patet.q;.iij.q.i.i principio sūme dicat oppositū.dēt ḡ illa glo.reduci ad concordiā per dictā distinctionē Sed ꝓtra hoc oppo.nā vt ō. dixi pōt quādoq; procedere iudex ad ꝓuatōem beneficij seu spoliatōem extra iudicialiter .vt dicto.c.quoniā et.c. ex tue.et tūc cū sic non inferat violentiā exequo iudice,ꝓcedit vt.l.iij.ff.qō me.cā.t xxiij.q.iij q̄ peccat.non debz ꝓpetere interdictū vnde vi.quod solū cōpetit.ꝓtra violentiā iniuste inferentē.Jo.dico sic. q qñq; iudex,ꝓcessit iudicialiter et suia allegat iniusta. ex iniustitia cōe.t tūc indubie nō ꝓpetit possessorium quia exequo procedit iudicialiter non dī violētiam intulisse.sed oportet q reus veniat per viam appellationis.alias sententia transiret ī rem iudicatam etiam si esset iniusta.et vlterius non audiretur.quia sententia facit ius inter partes .de re iudi.c.cum inter.l.res iudicata.ff.de re.iuris.et.l.ingenuum.ff. de sta. hofacit bo.glo.in.c.l.de concess.preben.et sic intellige t declara glo.in.d.c.presentium.Quandoq; iudex,processit extraiudicialiter ad priuationē vel inditialiter ꝑ

allegatur nō iudex / vel nullitas processus ex ordine
non seruato et tunc poterit reus spoliatus agere pos/
sessorio contra eū. ad hoc. l. meminerint. C. vnde vi.
t. l. fi. C. si p vim vel alio modo. t. c. cū cā. s. ō offi.
delega. sentit Bar. in. l. iuste possidet. ff. de acq. pos.
fateor q̄ iudex poterit se defendere i possessorio sicut
quilibet p̄uatus ostendēdo q̄ iudice eū spoliauit ꝑ
nisi ꝑ hoc fiet restō ut hic. nā si allegaret nullitas fa
ci / ptz q̄ nō. p̄cessit ut iudex. de v̄. sig. forus. xxiij.
q. ij. c. i. t. l. nec magistratibus. ff. de iurisdi. s. t pall.
. l. iij. Aduertendū tn̄ q̄ aut p̄cessit mere extraindicia
liter et sibi incūbit onus p̄bādi legitimitatez cause vt
hic. aut p̄cessit indicialiter ꝑ allegat p̄cessus nullus
et sic q̄ iniuste et violēter spoliauit. et tūc dicēs hz p/
bare nisi appellauerit. q̄ p̄sumit exquo p̄cessit i figu
ra iudicij t nō fuit appellatū. facit qđ nō. in. c. q̄n cō
tra. de pba. t in. c. cuz in iure. de offi. dele. ad p̄dicta
facit qđ nō. Jo. an. in addi. spe. de petī. t pos. §. q̄n
ubi dicit q̄ executor datus ad gratiā faciēdā sic cōsti/
terit q̄ titulus possideat būficiū / cōtra decre. executabi
lis. uel similē. nō potest iudex cōferre seu possessionē
tradere, nisi p̄us citata pte purificet illa condītio. t si
aliter tradidit possessionē poterit agi cōtra eū posses/
sorio. Et nō aliud ex dicto Jo. an. q̄ executor ad
ꝓferendū non p̄t p̄cedere etiā ad collatōem faciendaz
nō citata pte / q̄n ḡtia mādat fieri sub cōditōe. ut si ti
bi cōstiterit tē. nā nō p̄t plene cōstare nisi pte vocata
ut nō. in de. i. de cōcel. p̄ben. et i de. ij. de penis. facit
. l. fi. C. si p vim vel alio mō / possessionē enim nunq̄z
p̄t tradere pte nō vocata. q̄tumcunq̄ p̄cise sibi fuerit
scriptum / nisi p̄us cognouisset t sentētiasset p̄itibus
ptibus. ut nō. Jnno. in. c. cū olim de p̄uile. et. c. i. de
cōtes. p̄ben. li. vi. facit. c. licet epūs. de p̄ben. li. vi. et
qđ nō. ibi. Jo. an. in. c. ordinarij. de offi. ordi. li. vi. t
optime facit dicta. l. fi. C. si p vim uel alio mō / Quid
autē si fuisset facta spoliatio post appellatōnem / satis
p̄t colligi ex p̄dictis t ex nō. p gl. in. c. non solū. et in
. c. romana. de appel. li. vi. Oppo. et videt q̄ male
p̄cesserit hic papa tollendo iurisdictōem ab ordinario
et onerādo eū ut litigaret corā delegato. nam exquo
iste epūs erat superior istius clerici satis dz posse ex offi
cio p̄cedere cōtra eū vt in. c. irrefragabili. ō offi. ordō.
t de accusa. c. q̄liter t q̄n. ij. maxie sup titulo būficij.
ut i. c. ordinarij. de offi. or. li. vi. qđ nō. gl. i regula. i.
i fi. ō re. iuris. li. vi. So. gl. i v̄. pponere tacite sentit
B / cōtrariū / t rndet q̄ exquo se cōstituit illi aduersari
um, nō dz ee iudex ne iudicaret i facto suo Nō bn̄
hāc gl. q̄ iudex, p̄cedēdo iniuste extraindicialiter / nō
p̄t amplius i illa cā, p̄cedere indicialiter. qz satis red
dit suspect⁹ illi. p̄cessit eni p̄mo ut p̄uata p̄sona. t sic
videt se cōstituisse aduersarium. simile nō. per gl. i. c
statutū. de resc̄p. li. vi. in p̄n. in glo. in v̄. copia. q̄ di
cit q̄ si iudex assumit defensionē sup̄ sua iurisdictōe / et
sic cōstituit se p̄tez / nō p̄t cognoscere an sua sit iurisdi
ctio. Ad p̄dicta facit. c. ad hec et. c. ꝓposuit. ō appl.
t hec so. gl. sic itellecta plus mihi placet q̄z dā doc.
nā host. soluēdo dicebat q̄ iō b̄ fuit iste ordo iuris
t nō, p̄cedit indicis officio ut epūs puniat in q̄ delict
q̄ p̄mū nullū ordinē fuauerat. ad b̄ ō trāsla. quāto
v̄. cetex. cū cōcordātijs suis Host. dicit cōcordando /
hmōi ordini indiciario locū ee cū occultū delictū sub/
diti nouit superior / nec apparet accusator uel denuncia
ator / quo cāu superior tenetur denūtiare. xxiij. q. iij.
duo ista. q̄ de ipīs ania teneť rōem reddere. xxij.
q. ij. cognouimus. t i d. c. irrefragabili. i notorio ve
ro uel cū apparet denūciator / superior nō ageret cōtra
illū ꝑ suū officiū exerceret ut. s. de offi. ordō. c. i. t p tes
tū quasi Nō bāc solutōnem goff. qualiter debeat
superior, p̄cedē cū delictū subditi n ē notoriū / nec fama
sum t null⁹ apparet accusator uel denūtiator / ꝑt t dz
apud superiorem agere puta papā uel ei⁹ delegatū nō
apud archiepm. q̄ ille nō ē iudex subditoz suaz suf/
fraganeoz ut in. c. pastoralis. de offi. or. apli aūt epo
nō credit ꝑ oꝑtet q̄ ꝓbet vt i pal. c. placuit. t. c. si tm
vi. q. ij. ꝑt etiā epūs agere corā cōcilio ꝓuinciali ut est
tex. cū gl. i. c. i. vi. q. ij. t vide glo. i. c. irrefragabili. §.
cetex. de offi. or. arbitri eñ b̄ cāu nō eligunt cū cā sit
crimīalis ut i. c. penl. de i inte. restī. t. l. ñ distingue/
mus. §. iulian⁹. ff. de arbi. ꝑ i cā ciuili eligit cum epūs
vult agere cōtra subditū ut i. c. si clericus. xi. q. i. t nō
i d. §. cetex Opp. t videt q̄ defensio cause non spe
ctat ad epm ꝑ ad eū cui epūs cōtulit būficiū ar. i d. c.
penl. de re iudi. So. dicit gl. si. q̄ epūs retinuit sibi bn̄
ficiū ꝑ si alteri ꝓtulisset bne locū ꝓtrariū Doc. trāseūt
ꝑ ego dico / aliter q̄ aut iste clericus vult agē petitorio
t tūc fateor dictū gl. ut agat aduersus possessorē. ut
i. c. exaiata. de iudi. t. l. sinantē. t. l. officium. ff. de rei
ven. nā superior functus fuit officio suo alteri cōferēdo
ut nō. Jnno. in. c. dilectus. ij. de p̄ben. Aut vult agē
possessorio. t tūc dico q̄ ē i optione sua contra quem
vult agere. ꝑt eni agē cōtra epm spoliatorē hz n̄ possi
deat b̄ interdictū cōpetit aduersus spoliatorē hz non
possideat ut. l. i. §. ex hoc interdicto. ff. de vi t vi ar. et
agit ad interesse t ad extimatōem rei t qualiter exti
mabitur hic interesse rei spūalis / vide glo. in. c. corā
de offi. dele. facit qđ le. t nō. in. c. inter cetera. ō p̄bē.
t i. c. pastoralis. de iurepatro. p̄t etiā agere ꝓtra pos
sessorē conditōe. c. sepe. j. e. vel. c. r cāntegrāda. iij. q. i
Aut est facta restō t tūc dico q̄ clericus cui fuit collatū
beneficium, potest agere cōtra restitutū prętendēdo
validitatem siue collationis / t iniusticiam restituti. ad
hoc quod nō. Jnno. in. c. dilectus. ij. de p̄ebē. Itez
quicquid sentiāt gl. epūs poterit etiā hoc cāu agere cō
tra restitutum · quia interest sua ne qs sit intrusus in
būficio. de instī. ex frequētibus. t. c. ordinarij. ō offi.
ordō. li. vi. t no. glo. in regula. i. de re. iuris. li. vi. facit

qđ bñ nõ.p Hosti.ꝛ p Jo.an.i.c.licet hely.ō simo. Quero qđ si iste epūs nō vellet illū restituere nūqđ iste delegatus possit de cā spoliationis agnoscēre ista gl.tenet qz sic.ꝛ si cōstiterit de iniusta spoliatione dic Jo.an.cōpellet epm ad restōem.quidā tamē tenent cōtrariū.quia delegato hoc nō fuit cōmissum. ſz solū ut de cā cognosceret restōe facta fm Jnno. Hosti. ꝛ Jo.an.ꝛ cōiter alij doc.tenēt primū quasi hoc fuerit cōmissum.ꝛ si nō ex verbis tñ ex mēte que pferenda ē de.v.sig.intelligentia. Ultimo oppo.de.c.in pſentia de renū.ꝛ in.c.sicut.de re iudi. dz enī presumi p his que iudex fecit ut ibi.So.ista gl.videt stare cōtrario.sed certe hoc ē cōtra tex.cui nō plumat hic,p in dice.imo mandat hic restitutio.ꝛ qđ postmodū ꝓgnoscat de cā.Jo.an.dicit ꝛ bene qđ hic nō fuit fca sentēnia vel iudicialis privatio.sed extraiudicialis spoliatio quasi velit dicere.qđ tūc nō plumit,p iudice.ut.s. dictū fuit.Do.anto.dicit qđ pro gestis iudicialiter,p iudice plumat ut in.d.c.in pntia.Ego hoc tpo scōm nō.in.c.qm.contra de,pba.vbi nō.an ꝛ qñ plumat p rectitudine,pcessus vel iusticia cāe.ꝛ j.eo.c. cuz ad sedem.sed in cāu nostro intellige ut.s.dixi pro gestis vero extraiudicialiter.que gerere pōt extraiudicialiter ex officio.etiā plumit fm eū alle.nō.in.c.inotuit. de eo qui fur.or.recepit.Ego allego mediorē tex. i.c. ad aures ꝛ ibi p Jnn.de tēpo.ordi.Et tēpo istud dic cū quādo illa cōiter exercent ex officio extraiudiciali ter.si aūt solēt regulariter exerceri iudicialiter. ſz certo cāu vel casibus pñt exerceri extraiudicialiter.nō plumit,p iudice.tex.ē hic intelligēdo ut.s.dixi.nā qñqz spoliari potest quis bñficio suo extraiudicialiter.ꝛ tñ hic nō plumit,p iudice.ꝛ hoc iō.qz isti casus specia les nō plumunt nisi allegent ꝛ pbent ut nō. in simili dicit Jnn.in.c.ij.de dila.Jdē dicēdū ꝛ forte de his que exercent extra iudicialiter quādo iudicialiter exercere debēt.ut hic ꝛ in.d.c.quoniam contra.

X transmissa. Petens restōem cōiugii hz,pbare cōiugiū.Ad plenius.Restituit cōiūx viro ,pbanti desponsationē ꝛ copulā.ꝛ de ipius ipunitate cauenti nisi magna sit viri seuitia.h.d.Primo mandat restōem fieri cū cautione.scōo,puidet qđ agēdū cū fragilis ē cautio.ibi si aūt. Nota primo qđ licet vxor culpa sua recesserit a viro nō tñ est viro restituēda sine cautione.si de eius seuicia timet.hoc enim fit ex noua cā scz propter seniatim de qua timet.vide.j.e c.līas.ꝛ habes optimū tex.cū glo. in.c. de bñdicto xxx.q.i.Et nō quid dz cōtinere hec cautio videlicet qđ ci nō debeat aliqđ malū inferre.puto tñ qđ cautiōe nō obstante potent eā leuiter castigare sicut pt̄ poterat ixta nō.in.c.quēadmodū in fi.de iureiur. nam ista cautio venit ad cohercendā seuiciā sed non ē seuitia si cū requirit arg.xxxiij.q.ij.placuit.xxiij.q.iij.

qui peccat ꝛ l.graccus.ff.de adul. Nota qđ propter viri vel mulieris seuiciā maxia cui de facili p cautionem prouideri nō pōt seperatur matrimoniū quo ad thoz.qđ tene menti.ꝛ darius probat.j.e.c.līas. in fi.ꝛ vide tex.cum glo.de peni.di.i.si forte. Nota prouidendū mulieri per iudicem ne malum sibi inferatur a viro vel parentibus ipius.Et nota casum i q libera persona quodāmodo sequestrat ꝛ nota qđ quā doqz collocatur apud probam ꝛ honestam pſonam quādoqz apud monasterium monialiū ut in.c.cū locum .j.de spon.ꝛ poterit stare sociata suis consanguineis.xxxiij.q.ij.sine.Ultimo aduerte quia hec littera videtur sibi cōtraria.nā primo dicit qđ ē restituēda mulier cum cautione.postea dicit qđ si non pōt sufficienter caueri debet collocari apud honestam pſonam vsqz ad decisionē cause.nam etiam vbi sufficienter potest caueri non debet restitui ante decisionē cāe ut i.c. consultationibus.de offi. dele. Item ratio timoris durat post decisionē cause sicut ante.So.quo ad primum debet hec littera intelligi ut dicit Jo.an. quando mulier cōtra virum petentē restitutionē obijciebat consanguinitatem.vel aliud impedimentum que exceptio non debet decidi ante restitutionem nisi in casu quo restitutio sine piculo fieri nō pōt tunc enī decidit prius cā proprietatis.Sed tūc ob. fm ꝓtrariū qđ non tangit doc.sed pōt dici qđ post decisionē potest fieri restitutio.quādo cessat cā timoris.forte enīz si fieret restitutio ante decisionem cause vir seuiret in vxorem secum litigantem.vel violenter induceret eaz ad desistendū a lite.qđ verisimiliter nō faceret.post qz habuit fiam pro se.Et ideo dico qđ vbi per decisionē cause non cessaret timor non deberet fieri restitutio ut in.d.c.litteras.in fi.j.eo. Oppo.ꝓtra litteram inquantū exigit ut petēs restitutionē habeat probare qđ mulier fuit sibi legittime desponsata tē.p hoc enī satis inuit qđ exceptio cōsanguinitatis vel alterius impedimenti habet obstare quia alias nō posset apparere qđ legitime fuerit desponsata ꝓtra qđ videtur exp̄sse j.e.c.ex cōquestione.ꝛ c.litteras.So.gl.i.me tu cōtrarij exponit tex.legitime.tē.i.per legitimū cōsensum de presenti tē.quasi dicat non ē necesse qđ ex toto probet legitimitas matrimonij.sed satis ē probare legitimū prima fronte quo ad principia valida de quo plene dicet j.in.c.ex pte.Et dic qđ ē speciale ut,pbet titulus saltē in apparenti validus qz non pōt haberi possessio libere pſone sine titulo.ut.l.cū here des.in fi.ff.de acqui.pos.dixi in.c.in līis.ō.e.ꝛ pleni? dicet i.d.c.ex pte ꝛ hec solutio sic intellecta ē mdi or qđ solutio ꝗrūdā dicētiū qđ hic agebat petitorio iō dz,pbari legitimitas.nā scōm ꝺ nō faceret ad titulū alij ut refert Jnn.dicūt qđ itelligit i possessorio ſz speciale ē scōm eos ut nō fiat restō nisi,pbet ltima dispōsatio ꝛ copula ꝛ rō spēalitatis ē,ppt piculū corruptōis

alias fieret restõ spoliatõe,pbata qõ habeã ĵ.e.c.lĩras tene solutionẽ gl.ꝛ eã sequit̃ Jo.an.dicẽs qꝫ necce est ,pbare qꝫ matrimoniũ tenuerit rõne cõsensus dato qꝫ al' sit nullũ.sile ĵ.c.vno.de spon.li.vi.ꝛ an habeat locũ restõ aliquo casu nõ,pbata copula dicã i.d.c.exꝫ te.Et ꝫ hec sit expedita etiã.ij.gl.q̃ solũ instat circa duo quare hic,pbat̃ titulus.ꝛ an sit necce ,pbare ꝓsumationẽ matrimonij.ꝛ vide aliquos casus in quibus denegatur restõ, tã i matrimonio qꝫ in alĩs cãis ꝫ gl. iij.q.i.i summa. Ultimo glo.ponit ꝙd veniat nomine cautionis sufficiẽt̃ vel noie cautionis simplicit̃ ,plate ꝛ nota eã.ꝛ vide qõ nõ.in.c.qua frõte d appel.ꝛ in.c.i.de sequestra.pos.ꝛ vide ad materiam bonaz glo.in.c.de benedicto.xxxij.q.i.

Vm uenissent Si is qui ꝫ aliuz possidz illo motuo possessionẽ ingressus expellit̃ restitutionem ꝫ interdictũ petẽ poterit.ita cõiter summãt doc.ſ scdm hãc summationẽ forte de nihilo,pnidet h.c. Et ideo summo sic.ꝛ notabilius.Jpo er solutionẽ pensionis rei donate,factã donatario cũ auctoritate donatoris acquirit̃ illi donatario rei donate possessio adeo qꝫ si ab illa expellit̃ ꝫ interdictũ recuperande agere poterit.ꝛ scdm hoc ẽ casus nõbilis ꝛ ,pbant̃ nõta ,ꝫ gl.ꝛ bar.in.l.qui vniuersas.ꝛ.l.quãuis.ff.de acqui.pos.Diuidit̃ nã i prima pte ponit̃ ꝓsultatio ptiũ decisa.In scda responsio ibi respondem'. Nõ primo qꝫ loco religioso põt ꝫ epm ecclia cõcedi,nec põt concessio facta ꝫ eundẽ epm sine cã reuocari. Et itellige qꝫ cõcedit̃ ecclia collegio nõ in titulũ ſ i ,pprios vsus ut dicit̃ in littera.ꝛ quale ius acquirat̃ ex tali cõcessione vide nõ.ꝫ Jnn.i.c.pastoralis.ĵ.de priuile.ꝛ i.c.de monachis.ꝛ in.c.in lateran̄.ĵ.de ꝓben.tex. cũ gl. summe.xvi.q.ij.vilis ꝛ de solẽnitate adhibenda ꝛ validitate cõcessionis.vide tex.i de.ij.de re.ecc.nõ alie.

Nõ scdo ibi ꝓcessisset ꝛ ꝫ rescriptũ ꝓpriũ confirmassz tc.ꝙ valet cõcessio facta de ecclia etiã rõe,ꝫ prietatis sine scriptura nõ ẽ ergo iste casus in quo necessario requirat̃ scriptura.Et casus speciales requirentes scripturã vide ꝫ glo.nõbilẽ in.c.i.d consti. lib.vi.Et ꝫ hoc solue contrariũ qõ posset formari de.c. inter dilectos.§.cetex.de fi.instru.vbi dicit̃ ꝙ eadem nõ pñt donari ꝛ cõfirmari.hic enĩ nõ donauit ꝛ cõfirmauit,sed qõ prius verbo cõcesserat,postmodũ cõfirmauit scriptura ex intervallo.Et sic etiã nõ qꝫ facẽdo ꝺs scripturã ex intervallo de eo qõ ꝓmo verbo fecerat videt̃ tacite approbare ꝛ cõfirmare ꝓdus gestum

Nõ tertio qꝫ habẽs ciuilẽ possessionẽ põt ꝓpa auctoritate ingredi possessionẽ naturalẽ vacantẽ. nec dicit̃ vitiose ingredi lz nõ habuerit specialẽ licentiam ꝫ cõcedentẽ rem.secus aũt vbi nõ habuisset prĩ' possessionẽ ciuilẽ.de q̃ dic ut le.ꝛ nõ.in.l.si ex stipulatiõe ff.de acqui.pos.ꝛ in.l.ij.C.eo.ꝛ in.c. pastoralis. de priuile.ꝛ aliquid ĵ.subĵciam. Nõ ex fi.regulã ad quam quotidie allegat̃ hoc.c.qꝫ is possidet cui' noie possidetur.non autem possidet ille qui alieno nomie possidet.aliud est ergo possidere ꝛ aliud ,alieno noie possidere ut dicit̃ tex.in.l.quod meo.in prin.ff.de acqui.pos.sicut videmus in religioso qui nomine proprio nihil possidere potest etiam capam quã gestat ut legitur ꝛ nõ.in.c.non dicatis.xij.q.i.ꝛ tamen nomine monasterij potest possidere ꝛ si spoliatur restitutione petere ut in.c.cum dilecta.ꝛ qõ ibi nõ.de rescrip.Et sic intellige glo.in.c.nõ dicatis que dicit ꝫ ex permissione abbatis põt possidere.simili in seruo ut legitur ꝛ nõ.in.l.i.C.si per vim vel alio mõ.Et faciunt hec ad.q.an ille qui possidebat ꝫ alium possit agere interdicto vide vi.si ille ꝫ qué possidebat fuit dilectus.ꝛ videt̃ qꝫ sic.qꝫ ipe possidebat per aliuz ut in dicta.l.qõ meo.facit.l.fi.de acqui.pos.ꝛ hic ꝫ cõsequẽs ipe dicatur spoliatus.ꝛ pro hoc videt̃ tex.i.c. ex parte.s̃.de resti ,sed limita hoc verum quãdo alius possidebat noie meo.me mandante seu ratum habente.secus autem si aliquis tanquã gestor negocio rum meorum possidebat nomine meo ,ꝛ antequam ratum habẽs spoliatur.tunc enim non obstante ratihabitione sequenti,nõ potero agere interdicto.quia ratihabitio nihil operatur cum non reperiat tũc temporis possessionẽ in illo.ꝫ hoc ẽ bo.tex.in.l.bonoꝝ ff.rem ra.ha.Et vidi in simili bonã glo.in .c. quã sit de dec.li.vi.ꝛ tenent do.de ro.decisi.cxlv.alias.dv.

Ultimo põt colligi qꝫ si habens possessionẽ ciuilem ingreditur naturalem vacantem,non dicitur de nouo acquirere possessionẽ,sed potius cõtinuare suã possessionem ciuilem.nam naturalis seu corporalis possessio ẽ accessoria ad ciuilem.facit.l.si id qõ.ff.õ acquir.pos.ꝛ hoc facit ad.q.Dicit statutũ qꝫ ꝫ possessione nouiter acquisita soluat̃ certa gabella an taliter ingrediẽs possessionẽ corporalẽ teneat̃ soluere gabellam? videtur ꝫ predicta ꝛ per istum tex.qꝫ non qz non videtur de nouo acquisiuisse sed acquisitum prius continuasse ꝛ facit.l.diam possidere.§.q ad nundinas.ꝛ quod ibi nõ.c.ti. Potest etiam hic colligi qꝫ licet epus nequeat cõcedendo ecclam religioso loco rectores ipius ecclie spoliare adeo qꝫ vinente rectore ipius ecclie cõcessio nõ possit habere effectũ.ut in..c consultationibus.ĵ.de dona.ꝛ quod le.ꝛ nõ.in.d. de ij.de re.ecc.non alie.tñ potest in vita rectoris constituere censum per rectorem ecclie donatarie ꝓsolvendum.qõ ẽ valde notãdũ. Sed ꝓtra ꝛ cõtra tex. fortiter opp.de.c.phibem' ꝛ.c.significauit d' cõi.ĵ.vbi dr̃ qꝫ epus ñ ꝓt nec dz ecclam de nouo ꝓstituẽ cõsuale so.gof.itelligit qꝫ ista pẽsio prĩ' archiepo' ꝓsolueb. et fm ꝺ cessaret nõbile p' collectũ ſ host.dic̃ ꝓtrariũ qꝫ d nouo fuit ꝓpos' qõ dic̃ collige ex tex.ibi ante epi tc.alias dixisset lra post verbũ,placeret ꝛ interi idem

g. annuam solueret pensionē ⁊c. Et dicat hosti. q; ex rōnabili ⁊ fauorabili causa ímposita fuit de nouo hec pēsio quod fieri potest scōm eum allegat eo. ti. c. significauit. ⁊ cū hoc dicto hosti. transeāt cōiter hic doc Sz ego lan⁹ vltra alios ꝓsideradō dico sic. q; aut episcopus ꝓstituit de nouo cēsum ꝓsoluēdū loco donatario / ꝓsentiēte rectore de cuius ꝑiuditio agit / ⁊ potest. tū q: subest cā vt subuenīat necessitatib⁹ religiosoz ob quā causā facta fuit donatio. ar. op. in. c. i. de re. ecclē. non alie. li. vi. ⁊ in. c. ꝓstitut⁹. ⁊. c. cū venerabilis. de reli. do. tū q: ista ꝓstitutio cēsus / est tpalis. q: expirat mortuo vel cedente ꝑlato. cū ecclesia postmodū cedat i vsus loco donatarij. ⁊ sic nō ꝓpriē potest dici ecclesiā ꝓstituti cēsualē / vt saltē ex causa legitima ⁊ fauorabili. ꝓ hoc q̄ le. ⁊ nō. in. c. ꝓterea. ⁊ c. ꝓ hibemus. de censi. Aut ep̄s vult ꝓstituere rectore ecclesie reducāte. ⁊ tūc puto q; aut rector multū abundat / ⁊ locus cui facta e cō cessio est multū indigēs et pōt ar. in d. c. i. de de re. ecclē. nō alie. li. vi. ⁊ q̄ nō. i constitutus reli. do. ⁊ xxv. q. ij. in sūma. vbi est bona gl. vt rector nō sic abū dat. ⁊ eo inuito nō potenit hec pensio cōstitui. ar. c. ꝓsultatōibus de do. ⁊ i d. c. i. et q̄ ibi nō. ⁊ in. c. apostolice de do. vbi dicit q; etiā de rebus sui ep̄atus nō pōt donare alteri ecclesie cū graui ꝑiudicio sue ecclesie. fortius cū graui ꝑiuditio alterius ecclesie. Et hec nō q: mltū limitāt ⁊ declarant dictū. c. ꝓsultatioibus. ⁊ scōm p̄dicta pōt intelligi text a ꝓrario sensu. in. c. extirpande. in fi. de ꝑben. ⁊ nota bene illū text. a contrario sensu. ⁊ vide q̄ ibi dixi

Oppo. ⁊ videt q; ex quo ꝑ bñficiū nō vacabat nō poterat alteri cōcedi. vt in. c. i. de ꝓcē. ꝓbē. Jo. glo. i. q; ꝓrarū, pcedit q̄n collatio fit certe ꝓsone q̄ de facili desiderat mortē alterius. secus si fit collegio. quia cū nemini videat datū / cessabit votū captāde mortis ꝓpter hoc scōm hostien. q: naturale vicīū, ē negligi quod cōmuniter possidet. vt se nil habere qui totū nō habeat arbitretur. vt dicit text. in. l. ij. C. q̄n et quibus quar. pars debe. lib. x. vel scōz do. anto. non pōt tradi ille titulus q̄ respectu ab alio possidet sed pōt tradi quo ad ꝓprietatē. quo respectu a cōcedēte tenetur qui sibi preiudicare pōt ar. in. l. fi. C. de pac. ꝑ certe ꝓ hanc solutōem nō tollitur votū captande mortis si cōcessio fieret certe ꝓsone. nec obstat. l. fi. q: ibi consentit is de cuius hereditate agit ⁊ posset ipse dispone contrariū. sed hec concessio semel facta nō pōt reuocari maxime ꝓ sacerdotem de cuius morte timet Fateor tū q̄ contrariū loquitur de collatione respectu tituli. sed eadem est ratio quando ꝓcederetur in ꝓprietate si concessio fieret tene persone. ar. in. c. ij. de concē. ꝓben. ideo teue opi. glo. Opp. q̄ male dicit text. in. fi. q̄ ideo isti canonici vitiose non sunt possessionem ingressi. quia possidebant per illum rectorem ecclie. nam in vita sacerdotis nun quam habuerunt possessionem. quia non acquiritur sine animo et corpore. vt in. ca. cum nostris. ⁊ quod ibi notatur. ff. de concē. ꝑben. ⁊ in. l. quē. admodū. ff. de acq. pos. ⁊. l. licet C. e. Jo. dicit glo. ij. forte metu ꝓrarij q; recipiēdo pēsionē auctē epi. / acquisierūt possessionem ⁊ archiep̄s eam amisit dat simile in donante seu vendēte q̄ retinēdo sibi vsufructum vī possessionē transisse. C. de dona. l. quisquis. ⁊ ideo mortuo illo rectore nō ꝑdiderūt possessionē ꝑ eī ꝑdidissent si eam neglexissent. vt in. l. si de eo. ff. de acqui. pos. Nō glo. q; si ꝓcedēte titulo habili ad trāslationē dñij soluitur pensio de auctē titulū ꝓcedētis videt transiata possessio. ⁊ scōm hñc intellectū summani ⁊ ē intellectus notabilis ⁊ ꝓcedit q̄n ali⁹ ñ ē in possessione. alias aūt ꝑ solēz pēsionis ignorāte possessore nō trāsfertur possessio. vt. l. ⁊ nō. i. l. quāuis de acqui. pos. vbi barto. ⁊ bar. i. l. qui vniuersas. ff. e. ⁊ ꝑ Bo solue ꝓrarū q̄ posset formari de. c. iter dilectos de fi. instrū. vbi ōz q; locatio nō ꝓbat possessionem debet enim itelligi q; ñ ꝓbat alio possidēte. Itē. ñ ꝓbat i ꝑiuditiū ctij ignorāti ꝑ ipiudiciū solūtis ⁊ pstāti auctatē et consensum solutōni bene ꝓbat ꝑ hoc. c. cum venerabilis. de reli. domi. vbi ꝓbasset possessionē si instrumentum nō fuisset cancellatū in loco suspecto. Et ad id quod dicitur / q; sine corpe nō acquirit possessio. dic q; hic fingit corpus interuenisse. q: ille act⁹ corporalis quo antiqus possessor possessionē acq̄siuit / fingitur ꝑ solutōz pensionis loco illius cui nūc queritur. sicut dicit bar. in actu ꝓstituti. quādo scz q̄s ꝓstituit se possidere nomine alteri⁹ ꝑ quē actū transfertur possessio sine alio actu corporeo. vt in. l. qō meo. ff. de acqui. pos. ⁊ ibi ꝑ Bar. Jnno. fuit varius in hoc. primo eni sentit q; isti canonici habuerūt possessionē. in vita rectoris. q: rector incepit possidere eoꝝ noie Et si dicat q; possessio sine corpe nō acquirit / ñdet q; hic fuit corpus clerici possidātis coꝝ noie. dicit tamē q; ad omne dubiuz tollendū debuit clericus a se abicere possessionē / que solo animo abiicitur ⁊ amittitur l. licet. C. de acqui. pos. ⁊ ꝓstituere se possidere noie canonicoꝝ et sic omnino possiderent canonici. hec solu. seu intellectus est verus / in se diuinat ad text. q: hic non apparet istum rectorem expresse voluisse possidere nomine canonicoꝝ. Et ideo forte. Jnno. trāsit ad aliam solutionem dicens / q; speciale est in ecclesia q; exquo recipit aliquid nomine possessionis possessionem habet ē. de. consue. c. ij. scōm eum. Aduerte q: aliqui vt dixi intelligunt hoc dictum Jnno. q; speciale sit in ecclesia. vt quicquid ꝓcipit insignum tradite possessionis / transferatur possessio / exquo constat de animo volentis possessionem transferre. et ita intelligit do. an. Jnno. de quo multum admiror cum hoc expresse videatur contra ea que leguntur et notantur c. ij. ō ꝓsue. nā vigore cōsuetudinis introducētis actū

in signū tradite possessionis trāsferē ibi possessio sine actu corpali. secus ergo si cōsuetudo nō adesset quia tūc nō sufficeret aliqd dare. puta fustē uel terrā noie possessionis. qđ expresse vult ibi Inn. ⁊ cōiter doct. et expressius adhuc sentit ḃ Inn. in. c. i lrīs. s. e. vbi dicit q bñ pt introduci cōsuetudo. ut si aliqd deē i signum q̄si possessionis iure pbēdalis. videat trāslata possessio. secus si ꝓsuetudo nō subest. etiā si expresso verbo diceret. do ⁊ trado tibi possessionē iuris pbēdalis. et etiā plus dicit. q si cōsuetudo ē ut p̄ installatōem facta i certa sede. acquirat q̄si possessio iuris ep̄alis seu archidiaconalis uel alterī⁹ dignitatis. si installatio fit i alia sede q̄z deputata. ē p cōsuetudinē. non trāsfertur possessio. q̄ cū talis ꝓsuetudo sit p̄ter iura nō dz extē di scōm eū. ff. de legi. q cōtra. qđ ē bñ notādū. dico ergo q Inn. ḃ intellexit q̄n aliqd datur noie pēsionis q̄ tūc bñ trāsferē possessio. q̄ videē tūc velle possidere noie illius. ⁊ ex actu ficto trāsferē tunc vera possessio ut. s. dixi. ⁊ facit. l. certe. §. i. ff. de pca. sed inq̄ntū dixit ḃ Inno. q spāle ē i ecclesia nō ꝓcedit. q̄ idē est i q̄libz p̄uatis p rōem p̄dictā. ut nō. in dicta. l. q̄ vniuersas. ⁊ in. l. q̄uis. ⁊ vide qđ nō. Jo. an. i addi. spe. in ti. de emp. ⁊ venđ. §. sciendū. v. ⁊ nō. Et q̄dam tractat ḃ do. an. ō acq̄sitione possessionis sine vero actu corpali. q̄ tradunt p legistas i. l. qđ meo. ⁊ l. si id. ff de acqui. pos. ⁊ vide p glo. et doc. in. d. c. ij. de ꝓsue. vbi dico. Et p p̄dicta soluit ꝓtrariū qđ formari possz p. c. pastoralis. j. de p̄bēd. ubi ecclesia cui facta ē concessio alterī⁹ ecclesie. nō p̄t sine spāli licētia epi intrare possessionē. dicat enī q ḃ p̄ius habuerunt possessionem auctē ipsius archiepi. ut etiā nō. in. d. c. pastoral. Et hec so. plus placet q̄z so. abbatis dicētis ḃ. q cōtrariū loquit q̄n cōcessio fit p papā q̄ nō itēdit dioc̄sano facere p̄iudiciū. hoc. c. itelligit de p̄uilegio ipi⁹ dioc̄sani. qđ cōtra eū large interp̄tandum ē. ⁊ hāc solutōem vsus ē sequi host. dicens aliud ee q auctoritas dioc̄sani numq̄z intervenit vt i ꝓtrario. ⁊ aliud q a p̄incipio iterv̄enerit ut hic. mihi placet p̄mum dictū ⁊ puto q etiā habita ꝓcessiōe ab ipso ordinario. nō lz ingredi possessionē sine ipsius auctoritate. ⁊ hoc dico ꝓbari hic a cōtrario. i eo q papa dicit ilstos nō fuisse vitiose possessionē ingressos. q̄ iā p̄ius possidebant p aliū. si ergo clericus nō possediss̄z noie ilstoz nō potuisset sine vitio ingredi possessionem sine auctoritate archiepi. ad p̄dicta facit. l. si ex stipulatōe. ff. de acq. pos. ⁊. l. ij. ⁊ qđ ibi nō. L. e. ti. An autē ille cui facta ē cōcessio i titulū. possit ingredi possessionē. ⁊ administrare. ꝓpria auctoritate. dic ut plene nō. in. c. trāsmissam. de elec. ⁊ q̄ ibi cōiter tenē q sic. pulchr̄ē ē inuestigare rōnem diuersitatis. quā puto ee hāc. q̄ q̄n cōcedit ecclesia i. ꝓprios vsus videē cōcessa vt quedam proprietas ⁊ cā possessionis a. ꝓprietate est separata. l. nihil cōe. ff. de acq. pos. ideo nō lz etiam dño intrare possessionē inuito possessore ut. d. l. si ex stipulatōne facit. xvi. q. vi. placuit. ⁊. l. si qs in tantaz. C. vñ vi. ꝑ q̄n confert ad titulū tūc p̄incipaliter videt ꝓcedi ptās administrādi. ⁊ sic cōstat illa cōcessio circa incorp̄alia ⁊ in acquisitōe istoz iurium incorp̄alium sufficit patientia dñi. ff. de seruit. l. fi. et. l. quotiēs. c. ti. ⁊. l. i. quēad. seruit. amit. nō. Jnno. in. c. bone. ij. ō postu. pla. ⁊. c. cōquerente. de offi. ordi. quā qdem patiētiā et auctoritatē habuit eoipso q supior cōfirmauit electōem de eo factā. vel sibi bñficiū cōtulit ut in. d. c. transmissaz ⁊ hec nō. q̄ nemo tangit q memineri⁹. Ultimo nō. hāc glo. pe. i fi. ⁊ eam pondera q̄ innuit q si hñs ciuilē possessionē negligit naturalē. p̄dit ciuilē quam habebat. ꝑ glo. nō dicit infra q̄stum tps dz negligere Quidā vt refert Jnno in. c. q̄relā. de elec. dicūt q infra annū p̄ditur si verus possessor sciat aliū possidere de facto ar. in. l. si funita. §. nō autem. ff. de dā. infec. Alij vero dicūt q p lapsum. x. uel. xx. an. ar. instī. de vsuca. §. ꝑ tī. sed hic Jnn. hoc vltimū reputat absurdum ut tiū tps requirat ad possessionē acquirendaz q̄stum ad ꝓprietatem p̄scribēdā. ideo dicit hoc relin quēdum arbitrio iudicis ar. in. l. i. ff. de iur. deli. ⁊. c. de cauſ. de of. dele. Sed bar. in d. l. si de eo. ff. de acq. qui pos. facit duo mēbra. q̄q̄z enī hñs ciuilē sciat aliū ingressum naturalē. et tunc eoipso p̄dit si statim non vadit ad possessionez. q̄ videē suspicari posse repelli p hoc. l. qđ meo. in fi. ff. de acqui. pos. ⁊. l. iij. §. cum igit. ff. de vi ⁊ vi ar. hoc mēbr̄ intelligo ego q̄n in cōtinenti hz ꝓpositē. ⁊ nō vadit. secus aūt si nō hz cōmoditatē. nō enī tenē incōtinēti currere ꝑ p̄t amicos colligere ⁊ alia necessaria p̄parare. ⁊ sic dum non hz animū deferendi possessionē eā nō p̄dit cū retineatur alio. ⁊ p hoc qđ le. ⁊ nō. in. c. olim. el. i. j. eo. et in. c. significasti. de homi. Et ipemet bar. in. l. iij. §. cuz igit p̄al. dicit q q̄nq̄ dabant sex mēses. ut q̄ secōm qualitatē pson̄e ingrediēdo possessionem. requirit maximus appāratus. Idē tī i. l. i. C. vñ vi. sentit de tribus diebus. Cōcludo ergo i hoc p̄mo mēbro q si sciat alium possessionem naturalem ingressum debet ire quanto citius potest. qđ si nō facit videē facere hoc ex timore ne repellatur et sic p̄dit possessionē. ꝑ infra q̄stum tēpus dicat potuisse ḃ erit relinquēdū arbitrio iudicis q ex varijs cōiecturis animum suū informabit Et ibi membro restringo ⁊ saluo opi. Jnno. in. d. c. querelā Aut hñs ciuilem sciat eā vacantem vel ignorat alium ingressum. ⁊ dicit bar. q si negligit tāto tpe q res q̄si perit. p̄dit etiam ciuilem. q̄ videē eā habere. p de relicta ar. in d. l. si de eo. si vero nō negligit tanto tpe q res quasi piret. tūc p lapsum lōgi tp̄is p̄dit. q̄ p cursum hui⁹ tp̄is inducit oblīio ut nō. in. l. si id. ō acq. pos. ⁊ tps. x. ānoz dz longum. et ex tunc incipit quis p̄scribere ꝓtra absentē. nam p̄ius añ lapsum. x. annoz nō currebat p̄scriptio. q̄ possessio ciuilis erat

penes abñtem. exquo ignorabat q̄ alius erat in gree
las possessionem naturalē. ita nōbiliter volut glo. i.
l. ff. de ser. fugi. ꝛ bar. facit de ea magnū festū ibi. ꝛ
dyan regula sine possessione. de re. iuris. li. vi. ꝛ tem
pus. ꝛ. anno. dicit longus vt in ti. de long. tēp. p̄scri
ꝛ quod ibi notatur ꝛ in. l. de quib⁹. ff. de legi. ꝛ hoc
cāa potest saluari opi. illa quam Inno. ponit in. d.
c. quedam.

x conquestione. Si altero cō
iugū mr̄imo
nū accusante. aliter petat restitui. ante oia
restituitur. Ego summo sic generaliter. Si actore agē
te petitorio reus. sup eadē reducit possessorio. pceditē
in solo possessorio. suspenso petitorio. Primo ponit
appellantis querela. secōdo iudicū datio ibi mandam⁹
Nō q̄ maritus dicit spoliare vxorē eo ipso q̄ sine
iudicio ecclie a se eam remouet. idē si sponte recessit
et volens redire nō admittit. vt nō. glo. in. c. significa
sti. de diuor. ꝛ in. c. intelleximus. de adul. ꝛ. c. lras. j.
eo. nō. Inno. i. c. veniens. de regu. Nō q̄ mr̄imo
nium dicit accusari. si dicitur nō potuisse cōtrahi ob
stante p̄sanguinitate l3 solūmō agit ad dissolōē dic
tū q̄ impune dicit accusatio exquo nō agit ad penā i
actus. Nota tertio ꝛ tene mēti q̄ cora iudice eccle
siastico p̄t peti restō coniugis. hic enī mulier priusꝙ
quam aliquit ꝓponeret ꝓtra mr̄imoniū. petijt restōē
coram iudice ecclesiastico. ꝛ sic causa mr̄imonial⁹ p̄ce
dit ad iudicem ecclesiasticū. nō solū cū tractat de sub
stantia vincli. sed etiā cū agitur possessorio. ꝛ facit.
c. i. de p̄ben. lepro. ꝛ. c. ex pte. ꝛ. c. exlitteris. ō spō. vi
de q̄ nō. Jo. an. in addi. spe. in ti. qui fi. sint le. sup
verbo competit. ꝛ quod dico in. c. nō est j. de spō. et
quod nō. Jo. an. in. c. cum. c. lacā de fo. cōpe. li. vi.
Nota quarto q̄ in eadē cā p̄t quis ꝓpere. q̄ꝫ
p se. q̄ꝫ p. p̄curatorē. an aūt ꝓpendo p se videat re
uocare p̄curatorē. vide bonū tex. in. c. si quē. de. p̄cur
li. vi. Nota ar. opti. ad hoc q̄ secūde lre reuocent
primas. nō solū de eis debēt facere mentōē sed eciā
de clausula appellatōe remota posita in ipsis primis
lris. Et sic refert bosti. tenuisse magistrū suū ipse ta
men dicit q̄ de p̄suetudine in hoc casu nō admittitur
exceptio. ꝛ remittit ad nō. j. ti. i. c. ij. Ego puto q̄ de
qualibet notabili clausula fit fienda mentio. quando
talis est q̄ ea expressa papam reddidisset difficiliorē
ad ꝓcedendū. ꝛ hinc est q̄ iura voluit. de priorib⁹ li
teris fiendā mentionē spālem in. c. ex literis. j. de do
lo ꝛ cōtu. ꝛ. s. de rescrip. c. in nostra ꝛ hoc relinquit
arbitrio iudicis. sicut generaliter dicimus in qualibet
surreptōne. vt i. c. sup literis ꝛ qō ibi no. s de rescrip
Nota singularit iūcta glo. penl. q̄ clausula appel
latiōe remota nō tollit facultatē appellādi ex notorio
grauamine sic nō tollit i casib⁹ in iure exp̄ssis. cessat
ei b cāa p̄sumptio calūniose appellatōis ꝛ hec p̄t cē
rō hui⁹ casus ꝛ. c. pastoralis de appel. facē ad p̄dicta.
c. iter cetera. de re iud. Opp. ꝛ videt q̄ nullo iure de
bebat mulier admitti intentādo possessoriū maxime
suspendēdo petitoriū mariti. aut eni excipiebat ō sua
spoliatiōe. ꝛ duplici rōne nō debebat audiri. p̄rio q̄
iā lis erat ꝓtestata sup petitorio ꝛ hec exceptio ē dila
toria. ꝛ sic ꝓponenda añ litis ꝓtest. ut in. c. iter mona
steriū de re iudi. ꝛ nō. in. c. fi. s. ō or. cog. ꝛ tex. cū gl.
in. c. i. ij. q. iij. Secō q̄ p exceptionē nō dz qs ꝓsequi
restōem. ut in. c. ij. s. de ordi. cogni. aut⁹ ꝓtrariū pro
bat hic. Aut hic mulier agebat. ꝛ sic deducebat spo
liationē p modū actiōis. ꝛ sic etiā nō debebat admit
ti saltē eo mō quo fuit admissa. pluribus rōnib⁹. p̄ri
mo eni aut p viā reconuentionis. ꝛ nō debebat admitti
p⁹ litis cōtest. fm opi. quā tenui in. c. i. de mutu. peti.
Itē si debuisset admitti fm aliā opi. que hz q̄ duran
te iudicio possit fieri. ut tenet ista gl. ꝛ aliqui i. d. c. i.
non debebat suspendere petitoriū mariti. q̄ cā con
uentionis ꝛ reconuentiōis debet simul tractari ꝛ vna
sentētia terminari. ut in. d. c. ij. Aut nō in viā recōuē
tionis sed in viā petitionis deduxit possessoriū. ꝛ etiā
non debebat suspendere ꝑ debebat habere locum illa
regula. qui prior appellat prior agat. ut dicit tex. in. d
c. ij. ꝛ in. l. qui prior. ff. de iudi. Et ex predictis patet
difficultas huius. c. magis clare q̄ ponit gl. ꝛ doc. ꝛ
metu hoz cōtrariorū. glo. ij. multū instat circa intelle
ctū. c. ꝛ conclusiue videtur velle q̄ ex quo lis erat cō
testata in petitorio. nō debebat mulier audiri nec ex
cipiendo. q̄ est dilatoria. nec agendo quia hec actio
habet vim dilatorie. cū suspēdat petitoriū. ꝑ hic fuit
audita. q̄ ante litis cōtest. ꝛ p⁹. semp petijt restōem.
ꝛ cōpulsa p iudicē intrauit iudiciū proprietatis. ꝛ tā
dē cū nō placeret. appellauit cōtra hūc intellectū glo.
facit. q̄ a principio debuisset appellare. q̄ nō admit
tebat ante litis cōtest. nā intrando iudiciū proprietat
videt renunciasse omnib⁹ dilatorijs. ut in. d. c. inter
monasteriū ꝛ index procedendo ad ulteriora. videt rece
disse illam petitionē. ut in. c. ex pte de appel. quinimo
expresse iudices denegauerunt hic restōem ante litis
cōtest. ꝛ nō fuit appellatū. ꝛ hoc reddit intellectū glo.
falsum nisi sustineat scōm modernos q̄ fuit protesta
ta q̄ cōtestando litē nō intendebat recedere a dilato
rijs ꝛ iurib⁹ sibi cōpetentibus. q̄ō bene nō. ꝛ allego
in simili q̄ō le. ꝛ nō. in. c. ad dissolnendū. de despon.
impu. vbi vide. Ex his eni habes modū p̄seruandi di
latorias post litis cōtest. si index instat p̄cipiēdo cōte
statione fieri sed i cāu huius. c. non puto hoc necessa
riū propter p̄uilegiū possessorij ut statim dicā. itez
aduerte q̄: p hūc itellectū gl. sic instificatū. nō tollit
oia cōtraria q̄ supius formaui. maxie illud q̄ nō de
bebat petitoriū suspendi per dictū. c. ij. vbi pz q̄ etiā
ante litis contest. intentat possessorium a reo non p̄ ꝑ
suspēdit petitoriū ꝑ procedit super vtroqz. Jo. an. sup

tex. primo solvit q vir fuit hic prio cõuent⁹ a mulie-
re sup restõne fienda corã ordinario iõ nõ potuit sibi
referri qõ pprietatis añ restõem. ut in. c. ii. ẽ. de ord.
cogni. ꝑ hec solutio nõ ẽ oino tuta. q intrando post
modũ iudiciũ, pprietatis z nõ excipiendo de pẽdẽtia
possessorij. videt renunciasse illi puilegio opz eũ ad
b ut impediat accumulatõ petitorij q excipiat de pri
uilegio z pẽdentia possessorij ut nõ. in. d. c. sup. z p
Jnn. in. c. i. de mu. peti. z si non admitteb at exceptio
debebat appellari. alias erat sibi iputandũ ar. c. cũ di
lect⁹ de elec. z in. c. ex parte. m. de app. z qõ nõ. gl. in
de. vna de dolo z cõtu. nisi solvendo dicas ut. ẽ. dixi
saluãdo gl. q hec mulier a pncipio excepit z tandem
ꝓpulsa p iudices intrauit iudiciũ propetatis ꝓmissa.
ptestatõe. q p hoc nõ intẽdebat recedere a possesso-
rio prius inchoato. hoc tñ ẽ diuinare z nõ oino tutuz
z forte Jo. an. nõ cõfisus de hoc intellectu. trãsit ad
aliã solutionẽ quã ponit hic Goff. z originaliter fuit
Jo. glosatoris. ij. q. ij. c. i. q aut fit recõuctio intẽten
do possessoriũ sup eadẽ re. de qua pncipaliter agitur
z hz priuilegiũ suspensiuũ z ita loquit hic. secus si re
cõuentio fit super diuersa re. q tũc hz locũ. c. cũ dile
ctus. de ord. cogni. z alia cõtraria supius formata.
Et hãc opi. sequt gl. in. c. fi. e. tĩ. z Unic. Abb. z Jnn.
hic. z iõ cõsuluit gl. ꝑalt. q vnius ẽ cõuento petito-
rio agere de spoliatione sup eadẽ re. q̃ excipe. p hac
lec. optime facit. c. cũ ecclesia. de cã pos. z ꝓprie. vbi
videt probari uncta gl. Hosti. aũt dicit hãc lecturã ñ
ẽ verã. p. c. cũ ecclia suffrina. z. c. cũ sup de cã pos. et
ꝓprie. vbi canonici petebãt electionẽ p se factã confirma
ri z aduersarij sꝑcipi. ne ipos postea molestarẽt. quo
minus libere eligãt z aduersarij petierũt restitutionẽ
nec p ꝟ tñ fuit suspensa petitio canonicorũ. imo fuit
processum tanq̃ sup mutua petitione. Ad ꝟ. c. ñdz
dando aliũ intellectũ q hec mulier prio excepit. z sic
repulit vz ab agendo. z postea egit. certe hec lectura
diuinat. q nihil dicit in tex. de except. ꝑ tñ de peti.
Sed ꝺ ñdet q spoliatio hic erat notoria. nã primo
spoliauerat mulierẽ. z postea accusabat mrimoniũ
de cõsanguinitate. iõ añ oia erat fienda restõ. nec hic
dicit suspẽdi petitoriũ sed possessoriũ notoriũ prius
terminari propter ptalũ animaz. ne ex dilatione da
ret materia adulterandi. z hec dicta Hosti. nõ placẽt
Jo. an. primo p istũ tex. qui mandat inquiri. si ita est
z sic nõ erat spoliatio notoria. Jtẽ nõ obstat. c. cũ ec-
clesia. q ibi solũ implorabat officiũ iudicis. ut cõfir
maret electionẽ. nõ enĩ intẽtabat actio ibi ꝓtra certaz
psonã. z inquãtũ petebat inhiberi aduersarijs ne mo
lestarent. nõ intẽtabat petitoriũ ꝑ possessoriũ retinen
de. z ob hoc residet Jo. an. cũ pdicta opi. Jo. z seq-
tiũ. dicẽ tñ q ex casuz q̃. pnũciari petit nõ tenere matri
moniũ carnale vl spũale. Jstud raro vl nũq̃ veniet i
practica q agẽs petitorio recõueniat possessorio reco

pande sup eadẽ re. monet ut arbitror q cõuent⁹ petito-
rio ꝓsupponit possidere. nõ q̃ põt petẽ restõem eius
dẽ rei quã possidet. cũ ei põt dici qõ q̃ris int⁹ habes
z dicẽ Jo. an. q hosti. tãdẽ in ti. c. tenuit hãc lec. cõem
dicẽs posse dici q possessoriũ secõ loco, ꝓpositũ eq̃
versat circa eãdẽ rẽ. pindicet petitorio remittens ꝙ. c.
litteras. post pn. z vide ꝑ hoc i spe. de pe. z po. post
pn. v. si vero. z hec lec. cõiter tenet p doc. modernos
Sed ego p dariori intellectu. c. z materie q̃ro de tri
bus. Primo q̃re possessoriũ intẽtatũ circa eãdẽ rez
hz effectũ petitorij prius intẽtati suspensiuũ. z nõ sic
cũ vsat circa diuersam rẽ. Secõ an possessoriũ hẽat
hũc effectũ suspensiuũ si intẽtat post litis cõtes. Ter
tio an lec. cõis huius. c. possit practicari in alijs cãis
citra matrimoniũ carnale vel spirituale. Circa ꝑmuz
dicit hic do. car. q dispones potuit moueri ad hanc
diuersitatẽ inducẽdã. q q̃ñ possessoriũ deducit circa
idẽ. magis odiosa ẽ violentia. Jtẽ ut possessorium sit
alicui⁹ effect⁹. nã si admitteret cõcursus petitorij. pe-
titoriũ traheret ad se possessoriũ. ẽ. ti. i. c. cum dilect⁹
z sic ẽt cũ quo effectu. aut cũ nullo. dicẽ tñ q sine ille
sufficiat. sine nõ. stãdũ ẽ huic littere. q̃ sufficit ita scri
ptũ ẽ. vi. q. iij. scriptũ. ꝑ certe prima sua rõ põt calũ-
niari. q minus dz ẽ odiosa violentia. cũ ꝓponit ar-
ca eandẽ rẽ. q̃ arca diuersam. q primo cãu eq̃ spolia
tor nũc q̃ñq̃ cõueniat intentat petitoriũ. patet q̃ ali-
quo iusto colore spoliauit. ꝑ nõ sic ꝓmunit. qñ violẽtia
fuit cõmissa arca aliã rẽ licet eũ nõ liceat dño ꝓpria
auctoritate rẽ suã ab alio detentã occupare. ut. l. si q̃s
intantã. C. vnde vi. z de preben. eũ qui. li. vi. tñ min⁹
odiosus ẽ dz z minus peccaret si ipe inuadit. q̃ si fa
ceret tertius qui nullũ ius ꝓtendit. ar. in. l. bona fidei
ff. de peti. Jtẽ secda rõ sua nõ ẽ sufficiẽs. satis eni ẽ q
põt aliquid opari. ar. in. de. i. de suppd. neg. ꝓla. nec
ꝓpter modicitatẽ defectus. debem⁹ violare regulas
iuris. de quibus. ẽ. dixi. iõ reddo aliã rõem q iõ su-
spendit petitoriũ pri⁹ inchoatũ. q nõ dz quis añ re
stitutionẽ litigare de ꝓprietate rei violenter subtracte
tñ q res ẽ mali exẽpli cũ quilibet spoliaret z inconti
nenti inchoaret petitoriũ. z sic supplãtaret violentam
petere restõem. tñ q nõ dz spoliat⁹ litigare de pro-
prietate rei spoliate. nõ enĩ dz cõtendere nudus z in
emis. e. ti. c. frequẽs. li. vi. z si diceres. ipe põt exã-
pere de sua spoliatiõe z sic illũ repellere a petitõe sua
dico q ꝑ hoc nõ ẽt sufficienter, puisum. q̃ finis exce
ptionis nõ ẽ cõsequi ꝑ tñ repellere. z sic remanet res
penes spoliatorẽ ut i. d. c. ij. de ord. cogni. he rõnes
cessant qñ cõuẽtio fit sup alia re. ut ꝑ te videre potes
Quo ad scdm dubiũ an possessoriũ hẽat hũc effectũ
suspẽsiuũ si intẽtat p⁹ litis ꝓtes. do. an. obsaure loquit
trãseũdo ñ attingẽdo ita specifice hũc passuz ego di-
co q sic vsq̃ ad ꝓclusionẽ i cã nõ i vi recõuẽtõis q̃ il
la nõ ꝑt fieri p⁹ lit. ꝓtes. ut dixi i. d. c. i. ẽ mu. peti. ꝑ p

vñ cõuẽtiõis que ppter rões pdictas ⁊ in odiũ vio
lenti facit silere petitoriũ prius inchoatũ etiã ab ad
uersario sup eadẽ re ut pbat in de. ō cã pos. ⁊ ppie.
⁊ ibi gl. ⁊ pau. de liaz. ⁊ Jo. de lig. ⁊ Jnn. hic ⁊ in. c
ij. ō. de cã pos. ⁊ ppne. Nõ obstat si dicat q cũ hec
petitio habeat effectũ dilatoriũ seu intercidsam excep
cionẽ dilatoriã: deberet ppũi ante li. pte. sic dicã
mus de ipis dilatorijs. ut sentit hic gl. q⁹ dico q ꝫ
opat priuilegiũ possessorij inductũ in odiũ violenti:
ut innuit tex. i. d. cle. vna. Jtẽ quia iste pncipaliter agit
⁊ actio põt accumulari q̃cũq; sed ut quãdã psequẽ
tiã opat natura exceptõis dilatorie rõnib⁹ pdictis.
dz ergo attendi potius cã naturalis q̃s accidentalis
ut. l. qui habebat. ff. de iure. ⁊ id qõ pncipaliter agit
⁊ nõ p quãdã psequẽtiã. ut. l. i. ff. aucto. iuto. ⁊ circa i
tellectũ istius de. vide qõ plene scripsi in. d. c. pasto
ralis. Ad vltimũ an hoc. c. possit practicari i alijs
causibus extra matrimoniũ carnale vel spũale: videtis
ō. quid dicat Jo. an. Ego dico q vbi nulla resultat
cõtrarietas. semp potent practicari dispõ huius. c.
Et pono duo exẽpla. Primo in iurib⁹ icorporalib⁹
in quibus etiã possessoꝛi dat actio. l. si forte. ff. si ser.
vin. ⁊ nõ. in. d. c. exaiata. de iudi. ⁊. c. cũ eccliã. de cã
pos. ⁊ proprie. pone enim q agis negatoria cõtra me:
dicendo mihi seruitutẽ p fundũ tuũ transeundo non
cõpetere: certe potero intẽtare vtile interdictũ vñ vi.
petere me restitui ad quasi possessionẽ illius seruitu
tis si ppria auctõe me spoliasti. ⁊ sic suspẽdã actionem
tuã ante restõem. p hoc. c. ⁊ rões supius factas. nul
la enim cõtrarietas hic resultat vel absurditas. Secõm
exẽplũ pone spoliasti me re corporali: ⁊ postmodum
initas cõtra me cõditionẽ. l. diffamari. C. de inge. ⁊
ma. ⁊. c. cõquerente. ō. de offi. ordi. certe potero pete
re restõem illius rei. si prio me spoliasti. ⁊ añ oia dz fi
ri restitutio ut hic. ⁊ p rões. ō. inductas. ⁊ idẽ dico
in cõsimilib⁹ vbi nulla absurditas vel cõtrarietas ori
tur ⁊ p hoc summam hoc. c. generaliter nõ restringen
do me ad cãm matrimonialẽ. sicut fecerũt doc. ⁊ hec
nõ. q⁹ habes dare spectantia ad intellectũ huius. c.
⁊ alie glo. sunt faciles. Nũc venio ad aliq̃ hic tac
ta p Jnn. ⁊ Host. satis vtilia ⁊ quotidiana: ⁊ transi
bo breuiter ⁊ cõclusiue. Et prio oppo. ꝓtra text. aliter
videtur enim q hec mulier nõ erat audienda cora istis
delegatis. per viam recõuentionis. q⁹ illa dz fieri añ
litis cõtes. ut dixi in. c. i. de mu. peti: ⁊ q⁹ non põt dici
recõuentio si petitio actoris repellitur cũ debẽt simul
tractari ⁊ vna finia terminari. iuxta ea que habentur i
d. ci. ⁊ p Bar. in auẽ. ⁊ cõsequẽter. C. de sen. ⁊ inter
lo. om. iudi. ⁊ nõ p viã cõuentionis. q⁹ hec cã possessoria nõ erat in litteris expssa ergo tẽ. vt in. c. p. ⁊. g.
de offi. dele. Soluũt Jnno. ⁊ Jo. an. p⁹ eũ q⁹ dz hec
cã nõ ẽt in litteris expssa tñ venit rõne pnexitatis. qñ
enim cõmittitur aliqõ petitoriũ idẽ iudex bz pgnoscẽ
de possessorio eusdẽ rei. ō. ti. i. c. ij. ⁊ de sequel. pos. c.
i. ⁊ pro hoc dicto facit q⁹ nõ ẽ pssumẽdũ papã voluis
se tollere defensiones cõpetẽtes aduersario ar. i. c. ex
pte de offi. dele. ⁊ maxie ꝫ cãu vbi petitio bz iduzz
effectũ dilatorie. Decõo solueũt q⁹ generale ẽ etiã ut il
le ꝓtra quẽ lre sunt ipetrate possit petẽ ut p illas lras
procedat sup ꝓtentis. tacite vel expsse. q⁹ ille iudex re
cipit iurisdictionẽ ō ptes: ⁊ iudiciũ dz eẽ cõe ⁊ reddit
in innitũ. ut. l. inter stipulantẽ. §. i. ff. de v. ob. Pria
rõ mihi plus placet quo ad hoc. c. sed alia rõ procedit
generaliter vigore tñ recõuentionis. ut in. d. c. i. ō mu.
peti. sed hic nõ ẽ vera recõuentio. ut. ō. dixi. iõ oportet
dicere q⁹ pncipaliter qõ possessoria rõne cõnexitatis
indudebat Et hinc sumpta occasione Jnn. ⁊ Hosti.
ponũt hic longã gl. quã ego diuido in tres qõnes. ⁊
prima sit an reus ꝓtra quẽ littere sunt ipetrate possit
illis vti ⁊ agere ꝓtra actorẽ eo inuito ⁊ nolente agere.
Et in hoc ponit Jnn. duas opi. Quidã enim dicunt q⁹
sic post pntationẽ litterarũ. q⁹ tũc iudex bz iurisdictio
nẽ de appel. sup eo. Alij dicũt hoc etiã posse eẽ añ pse
ntationẽ ⁊ q⁹ ipetrãs possit cõpelli ad exhibendũz
cum sint cões: ⁊ vtriusq; ptis interest vt. l. iij. ff. ad ex
hiben. Hosti. multũ instat ⁊ tandẽ resilz i hoc q⁹ aut
littere emanarunt ad instantiã alicuius p̃ priuata vti
litate ⁊ põt impetrans eis nõ vti vsq; ad actum ci
tationis. nec valet reus eo inuito illis vti. quia aduersa
rij vsq; ad actũ citationis nõ interest. l. de etate. §. i.
ff. de interro. act. facit de appel. c. cũ cessante. ⁊ nemo
inuitus agere cõpellitur. C. ut nemo inuitus. p totuz
⁊ si posset oblato libello añ quẽtionẽ desistere satisfa
ciẽdo aduersario de expensis et interesse. ut i auẽ. q⁹ se
mel. C. quõ ⁊ qñ iudex. forti: añ citationẽ. cũ nec ō
litteris suis laborib⁹ ⁊ expẽsis impetratis; dz cogi fa
cere beneficiũ. x. q. ij. precarie Nec ob. si dicat iudicẽ
recepisse iurisdictionẽ ex quo recepit litteras. q⁹ illaz
nõ exercet ante citationẽ que est fundamentum ⁊ pn
cipium exercitij. de offi. delega. c. gratum. ad quã p
cedere nõ põt ad instantiã rei inuito actore cuius fa
uore littere fuerunt cõcesse. ar. l. quod fauore. ff. de le
gi. ⁊ regula qõ ob gratiam. de reg. iuris. li. vi. Aut li
tere emanarunt p bono publico licet aliquo instantie
⁊ pncipaliter ipetrante ut si mandat fieri inquisitio ō
ecclesijs vel psonis. j. de accu. qualiter. i. ⁊. ij. ⁊ tunc
põt iudex procedere. ex quo litteras recepisset nõ solũ
ri donec constiterit excõicatorem fuisse excõicatum. rõ
q; cũ excõicatus sit extra ecclesiã non potuit aliũ po
nere extra ecclesiã. hoc tenet glo. xxiij. q. i. in summa
t in. c. audiuimus. t bñ facit vbi tex. Jdẽ hosti. t Jo
an. recitando in. c. pia. de excep. li. vi. tenet Lal. i di
cta disputatione t in. c. ad ꝓbandũ. de re iudi. Et idẽ
eadem ratõe tenet ibi Goff. t Lal. in absolutõe ab ex
cõmunicatõe ar. de pe. dis. i. verbum Jnno. in. d. c. si
vere. sentit oppositum ex quo excõicator tollerabitur t
illa opi. Jnno. videtur mihi tutior t verior. quia ex q
tollerabat ꝛ dignitas t non ꝑsona videt excõicare que
quidem dignitas excõicata nõ est facit. viij. q. iiij. no
torie. allego fortiorem ratõez Excõicator quo ad deũ
nullum vel pax vinculum inducit. quia aut excõicatus
meretur t tunc seipm per peccatũ separauit a deo. xi. q.
iij. aliud. aut non meret t nõ seperat a deo. vt in. c. cũ
eterni. de re iudi. li. vi. Quosdam tamẽ effectus ope
ratur etiã quo ad deum ꝛ de quibus ꝓ Jo. an. in. c. ita
quorũdã. de iude. vinculum ergo principaliter inicit
excõicator respectu ecclie militantis. vñ potius ẽ de
claratiua q̃ dispositiua vide glo. nõbilẽ in. c. quanq;
xxiij. q. i. debet ergo valere hec declaratio seu vincu
lum quo ad ecclesiã militantem a tollerato excõicato
sicut valẽt alia gesta in spualibus ut. s. dixi t tutius
ẽ dicere illã tenere saltem ante factũ ar. c. inuenis. de
spon. post factũ si celebrasset ad euitandã irregularita
tem. potes tenere aliam opi. Juxta ea que leguntr t
notãtur ꝓ Jnn. in. c. cũ tu. de testi. Si vero non erat
excõicator tollerat ꝛ q; cõmuniter habebat ꝓ excõi
cato vel si cõis opi. que erat incõtrariñ non erat ꝓba
bilis cũ snia fuisset publice lata. tũc non tenent gesta
ratione publici officij ꝛ q; ꝓ excõicatõem ab illo iuspẽ
dit vt hic t in. c. tanta. de excess. preda. t in. d. c. ad ꝓ
bandum. tenent doc. ĩ t in. c. ad ꝓbandũ ubi ẽ casus
t plene ꝓ Jnno. in. c. nihil. de elect. t in. c. qualiter et
quando. q̃. ante finez. de accusa. Et nõ qd. s. dixi cõ
munem opi. non excusare si non est probabilis vt nõ
Lal. in dicto. c. ad probandũ. t in dicta disputatõne
Et adde vnum notabile dictum Jnn. in dicto. c. qua
liter. ante fi. vbi dicit non debere dici tolleratũ q̃ intru
sum ille q fuit depositus seu insignijs dignitatis spo
liatus. Jdem dic in excõicato publice eadẽ ratõe. la
cat. c. apostolice. de cle. ex. mi. vide tñ quod nota. i. c.
ad nostrã. iij. de iureiurã. qõ de eo q in vno loco fuit
excõicatus publice i alio probabiliter ignoraf. Si ve
ro loquimur de his spualibus in quibus caracter i
primitur t executio quandoq; expectatur vt in colla
tione ordinum t similibus ĩ sunt opiniones. qdã di
cunt q sine collator tolleretur. sine non. nũq; executõ
sine dispensatione competit. Caracter tamẽ semp im
primit q; cum ipse tanq̃ ab ecclesia precisus executi
onem non habeat ipam alteri dare non potest. Sed
differentia est in ĩ inter tolleratum t non tolleratum
q; primo casu dispensat cũ suscipiente respectu execu
tionis ꝓpter probabilẽ ignorantiã. secõ vero cũ nõ
t sic intelligũt. c. fi. de ordi. ab epi. t. i. q. i. c. si q a sy
moniacis. t. ix. q. i. ab excõicatis. Hãc opi. videt te
nere Jo. in. d. c. ab excõicatis t glo. in dicto. c. fi. ubi
ponit differentiã inter excõicatõem latã a precisa. et
collatõem ordinũ. tenet Jnn. in. c. nihil. de dec. do
an. ĩ doct. in. c. pia. t ẽ cõmunis opi. Sed idẽ Jnn.
aliter dixit in. c. i. de sacra. vbi dicit se intelligere ea
iura que requirũt dispensatõnem circa executõnem i
eo qui non erat tolleratus. licet recipiens ignoraret.
quia talis ignorantia nõ erat probabilis ideo requi
tur dispensatio. secus autẽ si probabiliter ignoraba
tur precisus. Et nota bene hãc opi. q; cõmuniter ig
noratur t eam reperi sensisse t secutum fuisse Collec.
in. d. c. fi. de ordi. ab epõ. t Hugo vt refert glo. in. d.
. c. ab excõmunicatis. Et hec opi. multum mihi pla
cet. licet alia sit tutior. Hoc ideo quia cuz collatio tol
leratur potius confert sacramentum dignitas q̃s per
sona. que quidem dignitas non est precisa. viij. q. iij
nõne. facit quod nota. Jnno. in. d. c. si vero. Jtẽ vir
tus caracteris imprimitur inuisibiliter a deo q; colla
tor vngit exterius t deus interius. vt in. c. vno. de sa
cra vnc. Cum ergo caracter imprimitur a deo t nulla
culpa reperiatur in suscipiente debet habere ipsi' ex
ecutionem sine alia dispensatione. cum parum valeat
habitus sine actu. simile videmus in corpore cristi a
malo consecrato. i. q. i. si fuerit. Venio nunc ad viti
um de eis scz que fiunt ratione primati iuris seu of
ficij vt eligere. t ista non tenent sine sunt gesta a publi
co excõmunicato sive a tollerato ut nõ. Jnno. hic et
in. c. cum dilectus. de consuetu. t in. c. consideram'.
t in. c. cum vintonien'. de elect. t. c. gratũ. de postu.
pla. Idẽ sequit Jo. an. i. c. i. ò rescrip. li. vi. t Lal. in
dicta disputatõe excõicatus ꝛc. Et iura q̃ distinguũt
inter excõicatum publice t occulte. procedunt in his

que gerunt rõne officij publici ꝛ hoc rõne publice vti litatis. sed in his que gerũt rõne officij priuati cessat illa distinctio. ita nõ. Jnn. in. d. c. cum dilect⁹ ꝛ Jo. an. in. d. c. i. Concludit ergo q electio facta ab excõi catis quãtũcunq occultis non tenet siue ante electo nem siue postea, plet excõicatio: ut in dictis ũnibus ꝛ qõ in eis nõ. Sed dices tu nõne electio cõpetit rõne publici officij? ar. in. c. i. de elec. rñdeo fm Jnn. q licet ad capitulũ ptineat rõne publici officij. ad ca nonicos tamẽ singulares ptinet rõe canonicatus seu spiritualis fraternitatis: nõ enĩ quilibet canonic⁹ ha bet officium publicum in eligendo. Et idẽ qõ. s. dixi in eligente dic in impetrante rescriptũ siue sit ipetrãs publice siue occulte excõmunicatus ut nõ. Jo. an. in d. c. i. ꝛ hoc si impetrat ad cõmodum proprium. quid si tangẽs procurator alterius ꝛ constituens ignorabat illũ excõicatum vel sciebat? dic ut nõ. in. d. c. i. ꝛ ple nius p Cal. in dicta disputatione que incipit excõmu nicatus qui cõi opinione. tẽ. Nico. Abb. Sequit. c. contingit.

Contingit Actor nõ admissus in possessionẽ sibi decretã per iudicẽ cũ rei seruãde. vel ab ea expulsus per lapsum anni verus efficit possessor. Et primo po nit casum quandoq cõtingentẽ. secõ prouidet ibi ne igitur. Nota primo ibi adiudicat tẽ. Primũ de cretum nõ viciari licet sit possessionis adiudicatiuum impropie tamen sit adiudicatio cũ etiã possessio nõ transferatur ex primo decreto. ut notat in glo. i. ſ3 il lud verbum recipit determinationẽ per illa ẏba cau sa rei seruande Nota, p cõmuni opi. canonistarum q missus in possessionẽ in reali nõ efficit ex primo de creto verus possessor, p hoc tex. ibi cũ rei seruande. ꝛ ibi rem custodiendã. ꝛ ibi verus nõ efficeret. ꝛ ibi ve rus cõstituatur elapso anno. Et vide ad materiã qõ plene dixi. in. c. qm̃. §. in alijs. ut lit. nõ cõte. Nõ q cõtumacia seu delictum nõ ɔz afferre cõmodum de dote post di. resti. c. ſi necesse. Nota q iussus mitti i possessionẽ ex hoc solo nõ habet pro misso. Ad nõ. sic. q ex sola interpositione decreti actor non nanciſcã tur possessionẽ. sed oportet ut actualiter mittat. ad b c. cũ aliquibus. de re iudi. nisi aliud fictio ex cã opere tur ut in casibus hic disposit. Nota q lapsus ãni in realibus cõstituit missum absq alio decreto: verus possessorẽ ꝛ sic de necessitate nõ exigitur scõm decre tum. Ultimo nota ibi de equitate canonica tẽ. q ius canonicum semp in mittit equitati: cõcor. c. i. s. e. ꝛ. c. dilecti. s. de iudi. Venio ad glo. ꝛ oppo. q missio ex primo decreto nõ fiat cã rei seruãde. sed ut transferat possessio vera ut pbari videt in. l. si qs em ptionis. C. de pscrip. xxx. vel. xl. an. Jo. colligendo primã glo. aut loquimur in reali. aut in psonali. prio cãu sunt opiniones inter legistas ꝛ canonistas. Nam legiste dicant. q ex primo decreto missus verus effi citur possessor sed cõtumabilis, quia reus cõparens infra annũ recipat possessionẽ iuxta ea que habẽtur in. c. qm̃. §. in alijs. ut lite nõ conte. Et fm hãc opi. ipropie dicit causa rei seruãde. fm pro tanto dicitur cã rei seruande. q infra annũ conseruare ɔz fructus. vt reo venienti infra annũ restituat rem cum fructib⁹. vt dicto. §. in alijs. fm Jmunẽ opi. canonistarum missus infra annũ nõ efficitur verus possessor. sed habet rez causa custodie: ꝛ ideo infra annũ restituit rem cũ fru ctibus. ꝛ fm hanc opi. hec verba causa custodie stant impropie. ꝛ que opinio istarum sit verior dixi in. d. §. i alijs. in effectu tamẽ nõ ẽ vis que illarum teneatur.

In personali vero nõ est differentia inter canoni stas ꝛ legistas: quia ex primo decreto non efficit mis sus possessor fm tantum custos. fm Jmunẽ scõm decretũ ej cit primum ꝛ antiquum possessorem. Tu vero cir ca effectum scõi decreti. dic ut plenissime dixi in. d. c. qm̃. §. fi. Item tenendo opi. canonistarum. ut etiã i rea li missus ex primo decreto efficit custos. Aduerte ad vnã notabilem differentiam inter vtrũq casum q̃ glo. hic tacite sentit. vt in reali passus missionez ex to to expellatur de possessione. ꝛ assignet actori misso. In personali vero nõ expellitur: sed vterq stat i pos sessione diuerso respectu. q possessor colet agrum et missus custodiet ne dissipet fructus. tẽ. ꝛ curtam va rie ꝛ nunqd debeat seruari indistincte: dixi plene i. d §. in alijs dic ut ibi. Sed circa vtrũq glo. hic que rit quid si passus missionẽ propter presumptã contu maciam in veritate nõ erat contumax quia habebat pbabilẽ cãm absentie: glo. prope fi. in. ẏ. cum index respondet. q probata iusta causa absentie restituetur ff. de dam. infec. l. si finita. §. si forte. vel audietur ipso iure sine aliqua restitutione. per. l. impatores. de priuile. cre. ꝛ j. de re iudi. c. cum bertoldus. Sed dice res tu quare glo. in hoc puncto loquit alternatiue cũ sit maxima differentia an restituatur an audiatur ipo iure: dic q ideo sic dubie locuta est quia iura per eaz allegata sic vario modo loqui videntur: ꝛ Jo. an. trã siuit hic ac si dubietatem non perpendisset. Do. An. dicit q si missio fit ex obligatione personali surgente ex facto eius contra quem facta est missio. tunc non data in veritate contumacia. missio est nulla. quia exigitur latitatio: ꝛ intelligi debet de missione ex scõo decreto. quia quo ad primum sufficit non defendi. nam primum interponitur etiam contra absentẽ cau sa rei publice si non defendatur. ut. l. ignorare. C. de resti. mili. ꝛ nota j. ti. proxi. c. fi. Si vero obligat surgit vitio rei. ꝛ sic ex non fieri trahente originem a vi tio rei. tunc valet missio cotra impeditum. sed restitui tur fm Bar. ꝛ nõ allegat vbi ẽ dicit. Aduerte tu quia hec sunt dicta bar. in duob⁹ locis. s. in. l. fulcin⁹ §. i. ff. ex quibus can. in pos. ea. ꝛ in. l. imperatores.

ff. de priuileg. cre. in eo q dicāt vitio rei. pone exemplum quando agitur actione damni infecti / occasione rei minantis ruinam / vel quando agitur actione noxali. sed vide de hoc clarius per Ly. in. d. l. ignoscere. C. de rest. mi. vbi dicāt. q aut in missione fiēde requiritur dolus ex parte rei contumacis. z tunc si non intervenerit dolus missio est nulla. Ita loquitur. l. fulcimus. Aut non requiritur dolus. sz sufficit q res viciosa non defendatur. z tunc tenet. sed competit restitutio z ita loquitur. l. si finita. §. si forte. de dam. infec.

Ex his vltimo infert glo. q iudex summatim examinet negotium anteq̄ fiat missio. quid aūt veniat examinādum in interpositione scōi decreti. Respondet Abb. q nō examinabit an fuerit debitum. q2 hoc fuit examinatū in interpositōe primi. sed examinabit fm eū an absens haberet iustam causam absentie p quā restitueret. ut dicāt glo. Tu dic q etiā fiet examinatio respectu debiti. q2 nunc agit de maiori pindicio q̄z in primo decreto. vt legitur z notatur in. l. cū. pponas. C. ō bo. auc. iudi. pos. z generaliter qualiter exigatur summaria cognitio tam in interpositione primi. quā scōi decreti. dixi tibi plene in dicto. §. i alijs. z se. dic vt ibi. Quero hic habemus vnum remedium contra contumacem. nunqd sint alia. glo. ij. respondet q sic z remittit ad nō. in. c. tue. vt lit. non ptest. vbi de hoc z inter cetera ponit gl. opi. Jo. q tenuit. q si pturnax steterit per annum i excōmunicatōne perdit possessionem rei de qua agit. ar. xi. q nij. rursus. z. c. quicūq;.

Et aduerte q2 ista fuit opinio. Jo. b. nam in pdicta decre. tue. tenuit q perdit causam / sed hec opinio non placet glosatori b. z dat notabilem restrictōnem z menti tenendam perpetuo ad illa. c. rursus. z. c. qui cunq;. vt procedant qñ agitur de crimine. siue criminaliter siue ciuiliter. Et plenissime circa / intellectum illorum. c. vide qō dixi in. c. i. de indic. Vnū tamē credo. q licet illa. c. non habeant locum in causa ciuili. tñ si contumax steterit in excōmunicatōne per annum potent ob nouiam contumaciam fieri missio z adiudicari fructus statim percipiendi. ar. in. l. fulcimus. i fi. z eorū que dixi in dicto. §. i alijs / z an poterit alia pena indici ex persauerantia i excōmunicatōne tanto tempore / vide q tetigi i. d. c. i. de indi. Quero nū quid dispositio huius. c. habeat locum in actōne personali. Glo. in v. actor dicāt q sic. z circa materiaz huius gl. vi. quod dixi in. c. i. s. e. Et circa hanc gl. q̄rit nunquid missione facta in vna re ex primo decreto impediatur missus ne possit vendi alia res ex primo decreto. vide bar. in. l. q̄uis. ff. de bo. auc. iudi. pos. vbi ponit opi. contrarias Ipse vo. p pcordia distinguit. q aut causa missionis concernit tantum vnam rē vt i causa noxali. vel damni infecti. z tunc non debet extendi manus ad aliam rem. aut concernit totum patrimonium vt in actione personali z tunc secus. quod nota. z ibi vide per eum latius. sic itellige. rota. p spe in ti. de scō decreto. §. iam de effectu circa pri. Secūdo quero quid si per factum alterius vt aduersarij impeditur prescribens possidere. nunquid habeatur pro possessore. quo ad complendam prescriptōnem glo. in regula sine possessione. de re. iur. li. vi. q non. quo / nota dispositio ergo huius. c. non debet extendi ad effectū prescribendi. cum ibi agitur de grani pīudicio pro hoc. quia ubi constitutio summe innititur equitati non debet extendi vt nō. Jo. an. in. c. i. t. ij. ut li. pē. li. vi. facit regula odia. de re. iur. li. vi. Quero tex. hic dicāt q per lapsum anni constituatur rē an requiratur per lapsum anni sententia iudicis. an ipo facto constituatur. verus possessor glosa hic in versi. constituatur. multum instat in effectu concludens q in realibus non exigitur secūdū decretum necessario sed solus transcursus anni constituit missum verum possessorem. In personalibus vero necesse est impetrare scōm decretum. alias non possideret. dicit tamē q quandoq̄ scōm decretum non solum possessionē sed etiam dominiū transfert si reus erat domin'. vt i causa noxali. z in causa damni infecti. Tu vo dic melius de effectu scōi decreti. ut nō. Jnno. in. c. dilecto de v̄. sig. dixi plene in. c. q̄m. §. fi. ut lit. non ptest. debet ergo attendi modus interponendi. nam quando q̄z adiudicatur res. aliquando sola possessio cum fructibus. quandoq̄z tenetur actor ab onere probandi debitum. z de ratōne diuersitatis inter primum z secundū decretum. dic vt plene tetigi in. d. c. quoniam. §. in alijs. z. §. fi. Quero capiendo scōam partez glo. ibi sed nunquid idem numerus rē. nunquid i spiritualibus interponatur primum z secundum decretum propter contumaciaz rei puta si petatur ecclia vel prebenda glo. respondet quod si petatur ecclia non ratione tituli sed tanquā proprietas vel petatur aliud spirituale tunc habet locum missio. z anno elapso missus efficietur verus possessor. z prescribē poterit ipam rem seu ius spirituale allegat. cōi. propi. si vero petatur ecclesia tanquam beneficium. seu prebē da. tunc licet fiat missio ex primo decreto z etiam possit interponi scōm / vel ex lapsu anni efficiatur verus possessor. non tamen missus prescribit sibi titulam possidendi. quia possessio non facit aliquem decurionem. sed canonica electio. ff. de decur. l. berennius. De instī. ex frequētibus. operabitur ergo scōm decretum vel lapsus anni in huiusmodi missione. ut possit vti fructibus tāq̄z possessor z vt possit prescribere cōtra omnem agentem si habeat bonam fidem aliqualem titulum / nō tamen prescribit sibi ius prelature. i. vt tanq̄z prelatus possit in futuz sine legitimo z vero titulo possidere. dicāt tñ glo. q hodie ille qui super dignitate personatu. uel beneficio ecclesiastico obtinendo non debz mitti i possessionē cū rē fuande p̄ procedi potest lite ñ cōtest. ut in. c. vno de eo q̄ mit. i pos. li. vi

Duo sunt examianda cum hac ptcula glo. prima

nunquid regulariter in spiritualibus vbi nō petit beneficiū rōne tituli habeat locū missio rōne cōtumacie scdo an indistincte in istis bñficialib⁹ denegēt missio tanq̄ ex prio vel scdo decreto? Ad primū glo. cōcludit q̄ lic. idē Inn. Jo. an. ⁊ cōiter doc. intantū ꝺ̄ placet Inn. q̄ dicit q̄ si epūs petat in ecclesia ins epāle qꝺ possit penitētiam dare infirmos vigere reo cōtumace mittet epūs in possessionē ꝓdictoꝝ cā custodie q̄ generaliter quādo agitur actōe in rem fit missio in possessionē ꝓdictoꝝ causa custodie q̄ gñaliter quādo agitur actione in rem fit missio in possessionē rei petite. etiā si agatur de ecclesia ut hic in gl. nec obstat si dicatur q̄ scōm hoc poterit contingere. qꝺ ille qui nō habet ius in cura, animaꝝ habebit ipius exercitium. fatetur enī hoc posse contingere. sed excusatur quis propter ignorantiā possessoris. qꝺ fatet Host. si bonā fidē habeat. ⁊ ꝓbabilis sit ignorantia de de. ex. apostolice. animo fm eum ⁊ si malam fidez habeat licet ipe sibi noceat. alijs tamē non nocet. ut i. c. fi. de coha. cle. tum, ppter ignorantiā ipius suscipientis tum, ppter iur̄. ⁊ iudic. auctoritatē. ar. ff. qꝺ cum fal. tu. l. i. ⁊ facit. ff. de mino. l. ait p̄tor. §. i. ℣. quid tamē Et facit de elec. nihil. in fi. ⁊ quod ibi nō. dicit etiam Inn. hoc alias cōtingere. qꝺ qui habet exercitiū nullum ius habet quādo res petita adiudicat ei qui nullum ius hz in illa. l. iulianus. ff. de cōdi. inde. ⁊ de re iudi. c. cum inter. ⁊ hec dicta singulariter sunt notanda in practica. Et pro eis facit qꝺ nō. Inn. in. c. ex qui. de eo qui mit. in pos. li. vi. ⁊ spe. in ti. de cōtu. §. sequit. ℣. illud. vbi dicit missionē habere locū etiā ex agitur de iuribus spiritualibus. ⁊ ecclesia tanq̄ ꝓprietate. allego ad hoc ꝓ locū a speciali dictū. c. cum qui. vbi ponit casus specialis. ut i illo speciali nō habeat locū missio. ergo in alijs ꝓcedit regulariter. nā exceptio firmat regulā in alijs. xxxij. q. vij. dominus

Venio ad scōm in quo aduertendū ē q̄ fm hanc gl. olim etiam in beneficialibus indistincte habebat locum missio. ⁊ trāsferebat possessio ⁊ procedebat p̄ scriptio cōtra reū agentē. sed ꝓ hoc nō acquirebat sibijus prelature si alias nō habebat legitimam titulū

Nota primo singulariter ex hoc dicto gl. q̄ licet beneficium nō posset haberi legitime sine titulo. possessio tamē possit haberi sine legitimo titulo. facit ad ea que plenissime dixi in. c. in litteris de resti spo.

Scdo ex dicto gl. nō q̄ qñqz quis p̄scribit ꝓ alium nō tamē sibi dominiū acquirit. qꝺ videt mirabile. Ex quo videt singulariter inferendum. q̄ si clericus bona fide ⁊ titulo colorato possidet beneficiū alterius per decennium inter p̄ntes. ⁊. xx. inter absentes q̄ prescripsit illud in preiudicium veri rectoris hz ipe ius prelature sibi nō acquisuerit ⁊ q̄ sufficit tātū tempus videtur colligi ex notat. per Jo. an. in simili regula sine exceptione de re. iur. li. vi. in mercā. ⁊ pro hoc adduco talē rōem ex lapsu tanti temporis videt quis habere beneficiū pro derelicto in preiudiciū sui ad hoc qꝺ legitur ⁊ nota. in. l. si de eo. §. i. ff. de acq. poss. ⁊ per glo. ⁊ doct. i. c. cum venissent de resti. spo. quare ex facto suo perdit beneficium potius q̄ ex facto istius. sed iste non acquirit sibi ex natura rei prescriptibilis. facit quod in simili nō. per Bar. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. ⁊ per Inno. in. c. plen q̄ de ēmu. ecclē. Aliud simile videmus in sentētia lata in istis beneficialibus. que respectu illius cōtra quē fertur transit in rem iudicatam. nō aūt respectu superioris. quia potest iquirere de defectu illi⁹ iur̄ pro quo lata fuit. quia sibi nullum ius respectu tituli de nouo tribuit ut nō. glo. in. c. i. de concess. preben. ⁊ videtur probari ex notat. in. c. cum olim. s. eo. ⁊ in. c. cum dilecti de elec. ⁊ nota hoc. quia si est verum ē notum ⁊ mirabile dictum. ⁊ satis coloratum ex p̄cedentibus. An autem hodie habeat locū missio in beneficialibus? glo. ista q̄ non per. c. cum qui. de eo⁹ q̄ mit. in pos. li. vi. ꝑ lite nō cōte. potest procedi ad diffinitiuā. ut ibi. sed aduerte quia glo. caute locuta ē vtpz verbis illis. c. cum qui videlicet cum agitur de beneficio obtinēdo. Et ideo hodie dubitari p̄t. quid si agitur de obtento? glo. refert ibi tenuisse doc. ⁊ hoc tenuerunt multi ut Archy. Jo. mo. Host. in Spe. in ti. ō contu. §. sequitur. ℣. illud. vbi plene prosequitur ⁊ recitat clementem papam. ⁊ omnes auditores curie in hanc sententiam inclinasse. hoc idem plerosqz tenuisse. recitat Inn. in. d. c. cum qui. sed glo. in. d. c. ex⁹ q̄ dicit litteram illi⁹. c. facere in cōtrarium cuz loquatur de obtinendo ⁊ recitat ibi Jo. an. in nouella quēdaz hanc opi. tenuisse quid dicemus pro prima opi. que efficaces rōnes sunt. prima q̄ eadē ē ratio in obtēto sicut in obtinendo. ergo eadē debet ee iur̄ dispositiōe l. detur vitiosus ingressus. scda rō. q̄ cum possit procedi ad sentētiam lit. non conte. vt clare hodie patet ex de. dispendiosam de iudi. q̄ procedit in istis bñficialibus? sine agatur petitorio sine possessorio. ut ibi nō. ⁊ dixi in. c. litteras. de iura calū p. frustra recurret ad remediū extraordinariū cū ꝓpetat ordinarium imo nō dz cōpetere extraordinariū ꝓpetente ordinario ut. l. i cāe. ff. de mino. nec ob. si dicat q̄ propt cōtumac. defec. nō potest procedi ad sententiaz q̄ si ēt presens posset ab eo haberi sua confessio. quia sicut i matrimonio carnali non valet confessio partis? de eo qui cog. consan. vxo. sue. c. super eo. Ita non debz valere in matrimonio spirituali. ut nota. in nouella. i. d. c. cum qui. ℣ credo his nō obstantibus. q̄ licet prima opi. sit cōmunis ⁊ magis tuta tñ satis pōt tueri secunda opi. ut habeat locum missio. vbi agitur ō obtento maxime quando pretenditur spoliatio. vel alio tempore possessio. hoc primo probo p cōes regulas iur̄ que volunt ut etiam in istis spiritualibus habeat

locum missio. ꝛ precipue facat illa epi. precedens Jn no. que vult q̄ etiam si agatur de cura aiarum vendi cet sibi locum missio Clarius hoc probo per dictum .c. cum qui. nam ibi edit ius de nouo. ut patet p̄ ver bū statuimus. ergo ante dispositōnem illius .c. hebat missio. etiam in beneficialibus. sed illud .c. solum lo quitur cū agit de bīficio obtinēdo. ergo nō dz ēxten di cum agit de obtento. qz intantum debemus rece dere a iure antiquo inq̄ntum reperit dispositum cōtra rium in nouo. ut. l. precipimus. in fi. C. de app. ꝛ qō expresse non mutatur. stare nō probibetur ut. l. sanxi mus. C. de testa. facit. c. maiores. de baptis. nec per subauditōes debemus inducere iur. antiq̄ correctio nem. ut nota. in. c. cupientes. §. q̄ si. ō elec. li. vi. i gl. in ỳ. petere. facit quod nota. bar. in auc. quas actio nes. C. de sa. sanc. eccle. Non ob. si dicatur eādem eē rationem i obtinēdis. ꝛ obtentis. qz hoc prorsus ne go. Jntelligo enim dum agitur de obtinendo non re spectu possessionis vt qdaz intelligant. ꝑ respectu iur vt qz fuit electus ꝛ agit vt confirmetur ud habeat ius ad rem. ꝛ agit ut fiat sibi collatio. ꝛ sic ut obtineat be neficium. hoc enim cāu recte disponitur. ut in. d. c. cū q̄. vt ob contumaciam non fiat missio in beneficiali bus. quia patet vicios⁹ ingressus cum administra ret sine titulo. cū adhuc non habeat ius in beneficio. sed cum agitur de obtento. vt qz tam dicit se habere ꝛ habuisse ius in beneficio ꝛ maxime si alias habuis set possessionem. sed ab ea cecidit. tunc non patet vi cios⁹ ingressus. cum dicat se habere titulum. nec de bet fieri missio in possessionez. nisi prius summatim examinetur negocium. ꝛ ius actoris Juxta ea q̄ dixi in. c. q̄n. §. in alijs. ꝛ. §. sc. ut lit. non cōtest. ꝛ maxie cū debet fieri missio in beneficialibus. cū in eis mal tum debet exuberare officiuz iudicis. ne ꝓsequat⁹ pos sessionem sine titulo. sicut in sili dicatur cū petitur resti tutio beneficij. Juxta nota. in de. vnica. de cā pos. et ꝓpꝛie. ꝛ in. c. lītis. de resti. spo. ꝛ q̄ hoc cāu fieri possit missio. est tex. in. c. consultationibus in fi. de offi. del. Nō ob. alia ratio. s. allegata incōtrarium. fateor eīn q̄ hoc casu etiam cū agitur de obtento. possit proce di lit. non contest. ut dicta clemen. dispendiosaz. sed illud remedium non est ita ordinarium. ut necessario sit seruandū. non enim dicitur ibi. q̄ iudex debeat ꝓ cedere. ꝑ q̄ potest iudex exigere ꝓtest. lic. preterq̄ i ca su. c. q̄n. §. porro Jtē hoc nō p̄t allegare ꝓtumax i sui fauorē cū ꝓtumacia nō dz sibi. pdesse Juxta nō. in sili. in. c. significauit. ꝛ in. c. alberic⁹. de testi. ꝛ in. l. acq̄lia. ff. ad. l. acquil. Jtē ex alio nō ꝓcedit illud ar. generale. ꝓcedit eīn q̄n ordinariū ꝛ exordinarium ad idē cōpetūt. ꝑ hic ad diuersa. Nā missio concernit penā ꝛ odiū cōtumacis. processus vero ad vlteriora cōcernit iusticiam ꝛ merita cause. hinc ē q̄ muleta nō impedit processum ad vlteriora. s. co. c. veritatis. et .c. accedens. i. s. vt lit. non cōtest. Jtē possibile ē q̄ actor probat de iure suo. ꝑ non plene ꝓpter absentiā cōtumacis. qz per confessionē illius posset iustificare titulum suum. lz enim sola confessio partis non suffi ceret. ut. s. dixi. tamen multum adminiculat⁹ maxime in preiudicium cōfitentis. hoc eīn patet i matrimonio camali ut probat⁹ in. c. attestationes. de despon. im pub. ꝛ quod ibi nota. ꝑ hosti. ꝛ est tex. optimus i .c. si duo. xxxv. q. vi. Vide bonam glo. in. c. sup eo. de eo qui cog. ꝓsan. vxoris. sue Vltimo facio pro hac parte hanc consideratōem. videmus enim quod in beneficialibus potest agi possessorio non obstante q̄ possit patere vicios⁹ ingressus sed p̄sumptio est i contrarium. exquo probat alias possessionem maxi me colorando titulū suū. ut i dicto decre. in lītis. ergo idem dicendū i ista missione. ppter cōtumaciā Jtē facit ratio precedētis dicti Jnn. eadē enim ē ratio cū aliquid petitur spūale. concernēs exercitium cure ani marū. sicut cū petitur beneficiū. alias obtentū. ꝛ hec diligēter nō. qz alibi nō habes hūc passum ita disert sum. Dz postq̄ predicta scripsi accidit mihi motiuū valde vrgens in oppositum per quod coactus sum. ꝛ predicta dicta mea ac precedens dictū Jnno. restrin gere. cum enim per missionem ex primo decreto non transferatur vera possessio scom cōem opi. canonista rum ut. s. dixi. sed tm̄ fit missio causa custodie. qūo poterit iste missus etiam si habeat ius in re exercere potestatem clausum tam in foro anime q̄ in foro con tentioso vel aliter ferre sentēcias in temporalibus. cū non habeat possessionem rei cuius ratione competit Jsta enim oia sequunt⁹ possessionem ꝛ non ꝓprietat⁹ vt nota. Jnno. in. c. in lītis. ꝛ. c. olim. de resti. spo. pro batur in. c. consultatōibus. de iurepatro. ꝛ. c. querela de elec. ꝛ. c. cū olim de causa pos. ꝛ ꝓprie. ad idez ad duco tex. notabilē in. c. cū Bertoldus. de re iudi. ubi patet q̄ creditor qui hz villam in qua est iuspatrona tus. in pignus. nō potest presentare. sed presentatio pertinet ad dīm. qz creditor non debet sibi lucrifacere fructus. sed si p̄sentaret ꝛ admitteretur presentatio non posset postea talem fructum restituere. Jta fortiter arguo in proposito. cum enim missus in possessionem teneatur reo victi omnes fructus restituere ut dicto. §. in alijs. si iste missus in possessionem dignitatis exerceret spectantia ad dignitatem maxime cō ferēdo bīficia. eligendo excōicando ꝛ absolvendo quō posset postmodum reo infra annū venienti ista restituere cū ꝓsumet⁹ p̄ exercitiū Jtē vt predixi sequeretur illud absurdū. q̄ exerceret illa a non possessore cōtra superius allegata. ꝛ maxime per Jnn. in. c. cū di lect⁹. de re. do. hinc bellissime dixit Spe. i ti. ō secō decreto. §. videndū. v. q̄d si elect⁹. q̄ etiā si agitur de dignitate seculari puta agit electus in potestatē con tra vniuersitatem que eum eligit non hz locū missio

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in possessionem ob contuma. vniuersitatis: ne exerce at ista iurisdictionalia sine possessione. sed procedatur ad sniam diffinitiuã. sicut dicit in. c. vno de eo q̃ mit. in pos. qò singulariter nõ. pro extensiõe illius. c. q̃re cõdudo q̃ in vtis beneficialib' siue spiritualib' ha bebit locũ missio quãdo nõ ẽ exercenda iurisdictio in foro cõtentioso. aut penitentiali. Et per hoc do nouã ⁊ singularẽ limitationẽ ad oia iura p̃mittẽtia hãc mis sionẽ in ecclijs cum petunt ut proprietas. quãdo nõ est eis iurisdictio contentiosam vel penitentialis ãnexa que veniat exercenda p̃ missum. cum exerceri nõ pos sit. tum ex defectu possessionis. tum quia non posset fructus huius infra annũ reo veniẽti restituere. ⁊ hec singulariter nota. Venio ad aliã particulam glo. ⁊ quero an missus in possessionem ex primo decreto veniat fructibus? glo. in. v̊. ⁊ illud scias. dicit q̃ nõ. ⁊ excipit tres casus. primus in misso in petione heredi tatis concurrente nimia contumacia rei: utputa quia dixit se nolle cõparere. ff. ex qui. can. in pos. ea. l. ful cinius. §. vl. sed tu dic illud non speciale sed regula re vbicunq̃ cõcurrit nimia cõtumacia rei. ⁊ tũc iudex possit decernere vt missus lucret̃ statim fructus ⁊ hoc p̃batur fin aliã lec. in. d. §. vlt. que ẽ magis cõis ⁊ eã sequit ibi bar. ⁊ dixi plenius in dicto. §. in alijs.

Secundus casus exceptus in glo. ẽ cum neuter mitti tur in possessionem. i. mulier pregnãs nõie postumi. tunc eni mulier vtitur fructib'. Intelligo quo ad ali menta sua. ne ob defectũ alimentorum pereat partus Et hec ẽ specialitatis rõ. vnde missio ibi fit non pro pter contumaciã sed. ppter spem nascituri. ⁊ ut mul er inde se alat. ⁊ sic ille casus recte non excipitur a re gula supradicta Tertius casus ẽ cum impubes ex carboniano edicõ mittitur in possessionẽ. dic q̃ etiam iste casus recte non excipitur ab illa regula. quia illa missio ñ fit ppter cõtumaciã alicui'. Imo loquit ur filio impuberi mouet qõ status: puta q̃ nõ ẽ filius illi' cuius hereditatẽ obtinet. tunc eni ppter graue pricu diciũ suspendit qõ vsq̃ ad tempus pubertatis. sed i terim ne fame pereat põt vti fructibus hereditatis pro alimẽtis suis. Et de hac materia an ⁊ quãdo missus possit fructib' vti tã ex primo q̃ ex secõ decreto. dic vt plene dixi in dicto. c. quñ. §. in alijs. ⁊. §. fi. vt lite. non conte. Vltimo glo. in. v̊. Itẽ quid dices. tẽ. querit quid si missus in possessionẽ ex primo decreto deijcitur nunq̃d posset petere restitutionẽ? Respõdet in effectu q̃ tenendo opi. canonistaꝝ. s. ex primo de creto missum nõ possidere. nõ poterit iste agere neq̃ interdicto vnde vi. neq̃ vti possidetis. q: illa interdi cta exigunt possessionẽ nec sufficit. p̃bare deiectionẽ nisi probet̃ possessio ut in. c. cõsultationib'. de offi. ô le. sed poterit agi conditione. l. fi. C. ô p̃torio pig. ibi enim datur remedium habenti pignus pretorium ad illud recuperandũ si ab eo cecidit. quasi ista missio ex primo decreto sit quoddam pignus datum a preto re. sed tenendo aliam opi. legistarum q̃ ex primo de creto transfertur vera possessio licet commutabil' tũc in dubium est q̃ potent agere interdicto vnde vi. si fu it expulsus. Hosti. ponit duas opi. Prima ẽ q̃ huic expulso subueniatur per istam decre. dum dicit text. vel acquisitam amittit. sed ut dicit Jo. an. ⁊ bene hoc non procedit nisi contra reum. q: iste tex. solum pro uidet: cum dolo vel potentia rei hoc contingit. nõ eni prouidet contra reum. Secunda opinio ẽ ut com petat interdictum vnde vi. plus enim debet cõparari detẽtatio habita iudicis auctoritate q̃ violentia pos sessio ar. ff. de acq. pos. l. iuste ⁊ tamẽ violenta parat predoni interdictum vt in. c. an litteris. ẽ. ti. prox. In hac tamen opinione non persistit dicens q̃ licet ista possent allegari in penam constitutiõis si quis intan tam nõ tamẽ interdicto cum sit i ea necessaria posses sio ad hoc. c. i. s. eo. vbi missio ejecto non fit restitutio possessionis. potest dici q̃ ibi non fuit actum ad hoc tamen Inn. querens de ipo reo expellente an contra eum competat interdictum: tenet q̃ sic allegat dũta xat illam. l. vlt. hic alle. p̃ glo. C. de preto. pig. ꝑ cer te illa. l. non dixit q̃ competat interdictum sed q̃ sub ueniendũ est illi qui habet pignus p̃torum si ab eo ce cidit: qò potest intelligi per remedium illius. l. ar. l. i ff. de condit. ex. l. ⁊ qò nõ. in glo. in. c. si canonici de offi. ordi. Jo. an. dicit q̃ de simplicitate iur canonici satis erit isti narrare factum: dicendo qũo fuit missus in possessionem talis rei. ⁊ qũo talis expulit eũ tẽ. te neo opi. glo. q̃ tenendo opinionem q̃ missus nõ pos sideat non competat interdictum vnde vi. sed cõdiõ l. fi. C. de preto. pig. quod etiã sentit spe. in ti. de pri mo ⁊ secõ decre. §. iam de effectu. v̊. sed q̃d si missus Ipse tamen tenet opi. legistaꝝ q̃ possideat: sed dic ut dixi in. d. §. in alijs. idem q̃ non competit huic in terdicto vnde vi sentit Joh. an. post doct. antiquos in addi. Spe. in ti. de resti. spo. in tertia colũp. ibi ta men ponit aliud remedium. s. ut agatur ex edicto ne vis fiat ei. qui in pos. mit. l. i. sed dic vtrumq̃ remedi um concurrere hoc casu. s. condit. l. fi. de preto. pig. ⁊ edictum ne vis fiat ei. quod etiam sentit Spe. in lo co prealleg. Sed inquantum dicit Hosti. huic com petere condit. l. si quis in tantam. C. vnde vi. dic contra quia illa conditio competit contra priuantem et spoliantem quem possessione. sed iste missus ex pmo decreto nõ possidet scõm nostram opinionem. ergo nõ aget illa ꝑditiõe: ⁊ hoc sentit Spe. in dicto loco tenẽdo illã opinionẽ q̃ nõ possideat. ⁊ vide gl. i. d. l sicꝺ itãtã quã secl̃ bar. q̃ dicit ꝑdictõem illi'. l. ñ ꝑpe tẽ ꝑmodatario ꝺpositario ⁊ silib' ꝓsonis q̃ ñ possidẽt ꝓ ꝺtinẽt ita dico i isto ⁊ gnãliꝝ ꝺ remediis ꝑperẽtib' istis q̃ nõ possident si deijciantur vide per Jo. an. in Spe. in loco statim allegato qui post doc. dicit q̃ de

positario cõmodatario detinenti precario seqstro ac similibus subuenit p officiũ iudic. L. in quib⁹ causis colono cen. l. i. li. xi. vel pactionẽ i factũ. L. ō pscrip. ver. l. quoc. colono aũt t inquilino habẽt remediũ agẽ di cõtra dñm actõe ex cõducto. t dominus agit contra violẽtos t recuperata possessione ipsi postea detinebũt ut primus ar. ff. loca. l. cum i plures. §. messem. t. ff. ad. l. ro. de iac. l. ij. §. i. hoc tñ remediũ non valet cõmodatario t depositario. quibus dñs non tenetur reddere rem nisi ad certũ vsum fuisset cõmodatũ vel depositum gratia cõmodatarij. j. ō cõmo. c. vno. hoc dicit procedere cum istis inquilino t colono facta est violentia ab extraneo. Si autem locator vim intulit agunt contra eum ex conducto per quod vt interesse consequuntur. uel rem recuperabũt. ff. loca. l. ex conducto. t hoc nota. puto eñ q̃ isti colonus t inquilinus poterunt agere officio iudic. contra extraneos inferentes violentiam vt restituantur in pristinum statum. nam si agunt officio iudicis alij de quibus. s. q̃ gratuitam detentationem habent fortius isti qui tenent ex contractu facit in ar. l. ij. L. de pred. pig. t. l. i. ne vis fi. ci. Ultimo hic queritur fm Hosti. an tercius volens hanc rem in qua facta est missio vẽdicare debeat agere cõtra missum an contra missionem passum? Respõdet q̃ contra missum cum habeat detentationem. nam rei vendicatio datur contra detinẽtem tñ licet non possideat vt. l. officium. ff. de rei vẽ. in fi. dicat tamen q̃ si actor euicit non tenetur missus infra annum restituere possessionem vincenti. nisi ille prestet cautionem. de qua. ff. de re ven. l. is a quo fundus. vel scõm eum vocabatur contumax missionem passus. ut si voluerit rem defendat. j. ō re iudi. c. penul. Inno. in. c. q̃n. s. ut lic. nõ contest. sentit hũc missus non posse conueniri cũ nõ habeat facultatem rei restituende ex quo nõ possidet t idẽ sentit Spe. recitãdo ibi dictũ Inn. in ti. de scõo decreto. §. iã de effectu vi. sed nunquid missus in fi. credo q̃ iste potest euitare iudicium nominando dñm fm remedium. c. q̃n. §. q̃ si super ut lic. nõ contest. t. l. ij. L. ubi in rem act. t hoc casu saluo dictũ Inn. Aut nõ nouit dominum i iudicio sed suscipit in se iudiciũ t potest ab eo vendicari. t ita loquitur. l. officium in fi. t hoc casu intellige Host. hic t facit quod nõ. in. c. examinata. de iudi. et scõm hãc distinctionem reduco ad cõcordiã istas duas opi. Hosti. ibi quas alternatiue posuit ut sic sit i optione sua. an suscipiat in se iudiciũ an nouet dñm. t eo casu q̃ noluit nouare dñm sed suscepit i se iudiciũ aliter procedet ptra eũ i execũtõe snie. dic ut nõ in d. §. qd si sup reb⁹. t dca. l. ij. Quis aũt posset hanc missionem ex primo uel scõo decreto decernẽ an ordinar⁹ an delegat⁹ etiam inferioris a principe. aliqd tractat Jo. an. ibi sed tu vide p Inno. in. c. dilecto. de verbo. si g. t plenissime dixi in. c. si qd contra deriaz. de sponsa. Et nõ singulariter opi. Jo. an. ibi qui sequi videt Inn. i. d. c. dilecto. t hãc missionẽ taz ex primo q̃z ex scõo decreto tã i reali q̃z i personali possit facẽ nedũ delegatus principis. sed etiã inferioris. vt. j. ti. prox. c. iij. t vide quod ipse ibi nõ. t iste est casus fm eũ. vbi añ lic. contest. delegatus impedit officiũ suũ. lz qdaz legiste contra in auc. de exhibẽ. t intro. reis. §. si vo. coll. v. sed tu vide qd dixi in. d. c. si quis contra

Casus Si reus nõ in

Venerabilis ueniatur sufficit publice citationem ad ecclesiam suam ponit Si uidetur. nã primo ponit duplicẽ citandi formaz. prima quã facit iudex p lras. scda quã cõmittit alteri faciendam t de facto huius decre. habet in. c. fi. de maio. t obe. t latius in. c. fi. de dila. Nõ ibi ad initium tc. q̃ tempus quadragesimale nõ ẽ feriatuz in curia. de iure tñ ciuili ẽ in obseruantia q̃ ad criminalia ut. l. quadraginta. L. de fer. de iure tñ canonico indistincte. vt nec̃z in ciuili nec̃z in criminali hoc tpe procedat ut in. c. placita. xv. q. iij. hoc tñ nõ obseruatur ut nõ. in. d. l. quadraginta. t vide quod nõ. in. c. fi. de fer.

Nõ q̃ iure spãli põt vnus Archyepõs hic ins primacie. i. patriarchatus in prouincia alter⁹ archiepi t in ipsum archiepm. ut sic sit eius superior loco patriarche. vide qd nota. in dicto. c. fi. ō dilac. t. c. humil. de ma. t obe. Et nota q̃ prima citatio põt ẽ peremptoria nec est opus vt cõtineat in se tres dilatões. ꝑ vna dilatio põt assignari peremptoria. vide bonam glo. pro practica citãdi in. c. constitutionem de sen. ex. li. vi. ad primũ dictũ ut prima possit esse pemptoria vide qd dixi in. c. fi. de dila. Nõ quem posse citari ad totam cãm cũ citatio fit de lõginq̃. vide qd plenissime dixi in d. c. fi. de dila. t nõ plene practicaz citandi ad totam cãm. Et nõ etiam q̃ simplex citationis actus põt ꝑlatis delegari. Itẽ nota q̃ prima citatio debet esse personalis si citandus reperiri potest al⁹ citatio fit ad ecclesiam uel ad domũ Nũquid aũt prelatus citandus sit ad ecclesiaz an ad domum vbi familiariter habitat. dic ut dixi in. c. cũm. s. eo. et ad quos actus possit procedi per citationem ad domum? aliquid dixi in dicto. c. causam. t dicam in. c. fi. j. ti. prox. et ibi per Inno. Oppo. Videtur enim q̃ lites non possunt fieri immortales cum restringãtur ad triennium. L. de iudi. l. properandum glo. i. respondet q̃ de iure canonico non perit instantia triennio ut in. c. fi. de iudi. Nota bene hanc glo. quia exprimit hic mentem suam circa hunc passum melius quam alibi. In illo enim. c. fi. multum se inuolauit ponẽdo varias lect. t vide i hoc quod plenissime ibi dixi. Quero iste fuit citatus ad initium proxime quadragesime quid si non fuisset appositũ verbũ. ꝑ. gl. ij. respondet q̃ idez esset per. l. cum q̃ kalen. ff. de v. obli. vbi dicitur q̃ si promisi kalẽdis ianuarii non

addato primis secundis vel vlterioribus nec apparet de quibus ageretur intelligitur de primis. Ad idem vide bonū tex. in fill de iure canonico in. c. nō pōt de pban. li. vi. Sed queritʒ quid si reus nō cōparet i termino indices tamē fuerūt impediti ita qʒ si reus etiaʒ cōparuisset nō potuissent procedere. nunqd sit cōdēnādus ad expensas. Bo. glo. fi. hic multū instat et tādē cōcludit qʒ nō. quia non interest actoris reum non venisse. ex quo etiā eo veniente indices nō processissent et cū hac opinione transeunt communiter doc. et alle. Ihosti. l. arbiter. si kalendis. ff. de arbi. et facit quod nota. in spe. de arbi. in fine vide Inn. in. c. calūniam de penis vbi aperte hanc decisionē tenet et prosequitur quedam alia facientia ad materiā huius qōnis. et ut latius habeas hanc materiā distingue tres casus qñqʒ cōparet in termino actor. sed nō reus. qñqʒ reʒ sed nō actor qñqʒ nec actor nec reus. primo cāu si indices sederunt in termino vel erāt pati sedere si reʒ cōparuisset. habet locū cōdēnatio expensaʒ etiam propter cōtumaciā in prima citatione. ut nō. in. c. querelam. de procu. et in. c. finē. et in. c. cum dilecti. s. eo. si autem iudices fuerunt impediti tunc nō hʒ locū cōdemnatio. qr ista cōdēnatio expensarum fit loco interesse partis cōparentis. de procur. c. auditis. sed cessat interesse. cū etiā si fuisset pñs ꝓcessuʒ ꝓpter impedimētū iudicium ut hic in glo. et per Inno. in dicto. c. calumpniam. facit. l. non videt. ff. de iudi. secundo cāu cum actor nō cōparuit. sed reus sic sit cōdēnatio expensaʒ et habet locū qđ dicitur in. c. i. eo. ti. li. vi. et plene di ri in. c. prout. s. eo. In tertio casu quando neuter cōparuit. aut erat talis causa in qua poterat procedi absente actore. quia cuberat officium iudicis et condēnabitur reus non tamē actori. caʒ etiā ipe sit ꝓtumaxʒ sed ad arbitrium iudicis qʒ contēpsit. et poterit procedi ad vlteriora inquantū status cāe patitur. ꝓ hoc. c. cōstitutus de appel. et vide tex. cū glo. notabili in. c. cupientes. §. qʒ si per. xx. iuncta glo. in. v. opponentes. dō dectio. li. vi. aut nō poterat procedi absēte actore. et tūc bīnāde fit cōpensatio. ff. de dolo. l. si duo et. l. si ambo. de compensa. nota glo. in. c. i. eo. ti. li. vi. in. v. venienti. Explicatis glo. opp. cōtra litteram in eo qʒ citatur archyepūs ut cōpareat per se vel per procuratorem. videtur enim maledicere in duobus. primo qr citat solus archyepūs cum deberent citari omnes prelati prouincie. cum eorum interesit nō habere tot superiores vel illū quē nō expedit habere. de ma. et obe. c fi. secō qr cū hec esset cā status non debebat admitti procurator. ij. q. vi. si quando. et. C. de asser. tol. l. i. in prin. Ad primū dicūt qdā prouinciales nō citandos. quia eoʒ non intererat; quod nō placet Inn. et bī. put. ꝓbat i dcō. c. fi. iō qui sunt ad hʒ vocādi dicut nō. i. d. c. fi. et de dila. exposuit. et de re iud. cū sup. et. c. penoic qʒ archyepūs hʒ vocabat qtenʒ pīndicabat sibi

q erat ꝓncipal i cā. ad secm dicē hʒ Hos. qʒ aut ille q vē dicatur in seruū est in possessione libertatis. et tūc potest intervenire procurator. non solum ex parte agentis ut. liij. di. frequēs. sed etiā pro parte defendentis vt. d. l. i. C. de asser. tol. vnde cū archyepūs erat hic i possessione libertatis satis potuit procuratorē cōstituere si autem quis ēt in possessione seruitutē et pclamaret in libertatē tunc ipe non dat procuratorem ut i cō contrario. Bo. anto. dat aliā solutionem. videlicet qʒ causa status ecclesie nō est propie liberalis. remittit ad notata. in. c. cum tēpore de arbi. et in. c. humilis ō ma. et obe. Ego alle. tex. iunctis dictis doct. in. c. penul. §. i. de in inte. resti. et pro hoc qr licet aliquis prelatus habeat iurisdictionē in ea non tamen ꝓ hoc acquirit seruitutē cum prelatura i se sit onus licet sit honor accidentaliter. qr debet honorari inquātū talia exercet. ut legitur et nota. in. c. qui epatum. viij. q. i. et xiij. di. nerui. Quero hic fuit iniunctum archydiacono et magistro. m. ut citationis edictum per eos vt per alios apud ecclesiam archiepi proponatur quid si non fuit dictum per alios nunquid potuissent hoc alīs cōmittere. Hoff. et Ihosti. qʒ sic. Pe. et Abb. cōtra. et pro eis facit quia is cui certum ministerium cōmittitur sine iurisdictione non delegat. de offi. dele. c. fi. sed primi respondent. qʒ ōnis talis subdelegare nō possit. ut. d. c. fi. potest tamen citare ꝓ alium. sit tamē citatio per litteram edictum vel nuncīū. nec citat lra sed citans sic in cāu nostro nō dicunt isti subdelegare hanc potestatē et ministerium citandi. sed citant ministerio nuncij. ar. ff. de consti. pe. l. licet. sicut videmus in simili quē sniam suam exequi per se et alium. et facit pro hac opi. fm Jo. an. quod de cōseruatore dicitur de offi. dele. c. fi. do. An. putat hoc verum quādo cōmittit purum factum expediendum nō aliquid iuris per nota. in. d. c. fi. sed certe hoc dictum do. an. non procedit maxime in cāu nostro. quia is cui cōmittit citare nō habet iurisdictionē. et sic non posset eam alteri demandare. de iurepatro. quod autem. Item si haberet iurisdictionem tunc posset delegare. ex quo ē delegatus principis. cum nō sit deputatus ad nudū ministerium. ut in. c. fi. de offi. dele. sed dictum Bo. an. posset verificari dūtaxat in cōseruatore. qr de eo ē expressum in dicto. c. fi. §. vices. quid autē dicēduʒ in cāu nostro. Bo duas solutiones prima qʒ nudum ministeriū ē indelegabile qñ est magnum et graue sic pdicare et similia facere. ꝑ paruū bene pōt alteri subdelegare. ut nō. in prealle. c. fi. quod. c. sic debet intelligi. Et quod dicatur magnum vel parum relinquē dum est arbitrio iudicis. actus autem citandi non est grauis et pōderosus. cū possit pariter exerceri ꝓ aliū sicut ꝓ cōmissarium. et secundum hūc intellectū ē tex. hʒ pro illo nōbili dcō Inn. limitāte mirabiliter illō. c fi. secda solutio ē qʒ actus citādi hic non subdelegatur

sed ipm pur factū affigendi citatōis edictū apud ecclīā citandi mīstro cōmittit. Citatio aūt nō erit pceptā sub noīe affigentis ꝑ istorū q̄ precipiūt affigi. pō dera eni lram qr ibi loquit de citatōe fienda ad plonā nullā mētoem facit. de alijs ꝑ i ea dūtaxat ptei q̄ citatōis edictū affigēdū ē apud ecclīā. sicut i sili nō. jnn. ic. auz bertold'. de re iudi. ubi dicit q̄ lz delegatus inferioris a pncipe nō subdelegat vices suas de appel. c. cū cām. z. l. a iudice. C. de iudi. articulū tm nō mīsdictōnalē cōmittit ut ibi videt pot' ipe explicare mīsterio iudicis alterius. z hec so. ē subtilior. z fac. qr ipe actus citādi ancte supioris maioris auctoritatis videt tā in plona honorabili q̄z in inferiori z b respectu nō possit alteri subdelegari. ꝑ ipe actus affigēdi citatōem factā non respicēt magis i cōmissario q̄z in alio. cū ipse cōmissarius videat facē mīsterio alteri' ut predixi Ultimo b q̄ro post hosti. an semel citatus nō veniēs reputet ptumax. ut sic possit cōdēnari. uel missionē pati seu excōicari. dicit q̄ q̄ ad expensas reputat cōtumax. de pcura. querā. z ibi de b nō. et vide tex. cū glo. in. c. i. eo. ti. li. vi. Et q̄ admissionem uel excōicatōem distinguit an rīdeat se nō venīr uel nō obediturū. z tūc procedit ptra ipm. cū sit cōtumax. ad hoc de sen. ex. venerabilibus. §. secus. li. vi. z. ff. de re iudi. l. cōtumacia. An vo nihil rīdeat uel dicat q̄ deliberabit uel nō reperit. z tūc nō procedit cōtra ipm nec censet contumax quo ad pdicta nisi premissis tribus edictis. Qñ vero sit tribus edictis citatus et nō uenit. reputat cōtumax psumptiue fm cū. z procedit cōtra ipsum. xxiij. q. iij. de illicita. z i pcal. l. cōtumacia. z. ff. de iudi. l. ad peremptoriū. Et idē fm cū si queral de alia pena infligēda. ut ibi. de vita z ho. de. z. c. fi. z de cōsti. c. ex lris. Aduerte primum dictū ē verū ut respectu pdemnatōis expensarū sufficiat prima cōtumacia in prima citatōe ut probat in. c. i. eo. ti. li. vi. vbi tex. cū glo. z in dicto. c. querelā. de procu. qō limita z intellige ut dixi in. c. cū dilecti. s. eo. Scōm dictū vt etiā p talē cōtumatiā possit procedi ad excōicationē vel missionem vel psilem penā si rīdet se nolle venire. ē etiā vez si dixit hoc i iudicio. qr tūc cōtumacia sua ē notoria. ideo non est opus vt fiāt trine citationes. qr ille fiunt ad cōuincendā contumaciaz rei sed nunc clarissime patet de sua cōtumacia vt notanter probatur in dicto. §. secus. ubi est tex. singularis cū glo. optime facit. c. qm̄. §. porro. ut lite non ptest. ubi si reus sepm occultat vel ipedit ne citatio ad eum perueniat. pōt procedi contra eum sine illa solēnitate citationū. Et idem nō. sentit Jnn. in. c. ad petitōem. de accu. ibi tm loquit generaliter. qñ dixit nūtio se nō venturū. nec restrigit se cū hoc dixit in iudicio. Si autem hoc dixit extra iudicium tunc est dubium p tex. z glo. in. d. §. secus. Do. an. tenet b aliud esse quando dixit extra iudiciū p glo. in. d. §. secus. Ego dicē

rem sic q̄ si in iudicio dixit se non venturū tunc non ē necesse expectare finem termini. sed potest incōtinenti contra eum procedi tanquam contra contumacem. ut in dicto. §. secus. non eni requiritur alia ꝓbatio contumacie. z ex hoc aperitur intellectus. c. i. ō in di. ubi excōicatio fuit lata sine trina monitōne. quia in iudicio ille dixit se non velle ibi respondere. fac qō i. familī notat Jnno. in. c. cumana. de electi. vbi dicit q̄ si aliquis dicit iudici nolo comparere coraz vobis tanq̄ coram iudice z protestor cē. q̄ iudex potest dicere. z ego ex nunc reputo te contumacem z pōt eum ut contumacem condemnare. Si autem hoc dixit nūcio extra iudicium. tunc non statim proceditur cōtra eum. quia forte calore ire audie dixit. nec factum fuit notorium. cum extra iudicium dixerit. sed si in termino primē citationis nō comparuit. tunc presumptio est ꝓ dicto nuncij. et q̄ velit factis exequi. z adimplere quod verbo dixit. nam nuncio creditur de consecutionis ad citationem ut probatur in. c. cum parati de appel. z postmodum supuenit alia presumptio in non comparendo i termino quare frustra mandaret citatio. ex quo satis liquide constat de sua cōtumacia z sic procedit dictum Host. b z Jnno. in. d. c. ad petitionem Jnq̄stum vero Host. dixit q̄ si citatus non venit est cōtumax presumptiue. dic plene. z distingue vt nota. glo. in clemen. vna. de dolo z contu. z p bar. in. l. ex consensu. §. si. ff. de appel. ubi inuenies. z vide ibi. Nico. abbas.

De eo qui mit. in causa rei ser-

